7
.-1
57

6
18 E
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

61
F

7.-3. d. 57.

M
220

GEORGII CONÆI
DE DVPLICI STATV
RELIGIONIS
APVD SCOTOS

Libri Duo.

AD ILLVSTRISS.MVM PRINCIPEM

FRANCISCVM S.R.E.

CARD. BARBERINVM

Magnæ Britanniæ Protectorem.

ex Legato



Bibliothecæ Coll. Rom. Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ROMÆ, Typis Vaticanis. M.DC.XXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

GEORGII CONAEI
DE DVPLICI STATV
RELIGIONIS
APVD SCOTOS

Libri Duo.

AD ILLVSTRISS.mum PRINCIPEM
FRANCISCVM S.R.E.
CARD. BARBERINVM
Magnæ Britanniæ Protectorem.



ROMÆ, Typis Vaticanis. M.DC.XXVIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI

GEORGIVS CONAEVS S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ILLVSTRISSIME PRINCEPS,

DVPLICEM Catholicæ religionis apud Scotos ſtatum, craſsiori Mineruâ à me adumbratum, & rudi calamo deſcriptum; tibi Scotorũ patrono clementiſsimo offero: priſcum illum vere fœlicem, & tranquilla pietate florentem: tum alterum longè miſerrimum, egregijs tamen confeſſorum certaminibus, & conſtantia nobilem, ac martyrum ſanguine rubentẽ. Vnde commiſſę tibi gen-

tis in amplectenda propagandaq; catholica veritate ſtudium ac diligentiam; & in retinenda atq; defendenda ea aduerſus fatales noſtrorum temporum hæreſes conſtantiam breuiter perſpicies. Exiguum quidem munus; ſed multis nominibus tibi debitum. qui, vt priuata in me collata beneficia ſileam, tanta benignitate Scotorum gentem in tutelam accepiſti vt omnino & Pontificem ex animi ſentētia nacti, nec tamen Barberinvm Cardinalem protectorem amiſiſſe videamur. Quod ſi tuum nobis patrocinium defuiſſet; ſoli in communi orbis lætitia, dum omnes aliæ gentes digniſſimum paſtorem ſibi conceſſum glorientur, ereptum nobis patrem optimum, & ſollicitū defenſorem lugeremus. Aſſueta nimirum iamdudum cœleſtium fauorum dulcedini Scotica natio, nonniſi ſub apum veſtrarum præſidio ſecura conquieſcere potuiſſet: quarum melle libera-

beraliter nutriretur, & aculeo prouide defenderetur. verum ne in breuiſsimi operis limine longiore præfatione te morer, & in tua tẽpora atq; publica com moda peccem: ſuſcipe hilari blandoque vultu, vt me atque omnia mea ſoles, hoc qualecunque obſequij deuotiſsimi pignus, & pij erga patriam meam ſtudij teſtimonium; cui afflictiſsimæ te ſubſidium ac tutelam Deus quam diutiſsime conſeruet. Vale.

ROMÆ in tuo comitatu A. D. XIII Kal. Apr. CIↃ IↃC XXVIII.

AD LECTOREM
De ſcriptione ac dedicatione Operis.

EDIDI ante annos tres ſub fœliciſſimis auſpicijs VRBANI VIII, ſacro tum imperio recens admoti, vitam Mariæ Stuartæ: vt hinc pietatis atque obſeruantiæ meæ erga defunctam principem, apud quam nec timori, nec ſpei locus erat; non eruditionis; cuius laudem ſatis parce ambio, monumentum extaret. Libellus interim, quamuis parũ ex voto meo perpolitus, bis terue vt minimum typis editus, me inſcio, imo nolente, qui innumera prioris editionis menda corrigere propoſueram, eruditis viris non diſplicuit. nam vt Cl.V. Gaſparis Scioppij, & Gulielmi Setonij, non minus integrorum quam acrium in Republica literaria cenſorum iudicium prætereã: Ioannes Ciampolus VRBANO Pont. ab intimo Cubiculo, & ſecretis principum epiſtolis, rarum ſeculi huius ornamentum, de opuſculo illo luculentum protulit encomium, in præclaro ſuo poemate de atramento. quod diuini ingenij non minus quam ſummæ erga me beneuolentiæ teſtimonium perpetuum, meo nomini dicatum ex-

tare voluit: huius ego viri ſententiam cur non magni faciam? cum nullus ſit tam remotus Chriſtiani Orbis angulus, in quem admiranda Ciampoli eruditio atq; ſingularis humanitas fructifera religionis ac virtutis ſemina non diffuderit: Muſæ profecto Italæ duce Ciampolo tanta metri morumque nouitate, ac tanta ſtili maieſtate ſunt inſtructæ, ut æterni Dei ſacris non minus quam ſapientiorum ocio intereſſe & poſsint, & debeant. poſt Ciampolum mihi commemorandus magnus illæ Iberiæ ſuæ Apollo, atq; vnicus theatri modimperator Lopes de Vega Carpio: cuius quadraginta & amplius eruditiſsima volumina, quæ ſtricta quæ ſoluta oratione; non Hiſpania ſolum, ſed cultior orbis cum admiratione legit. nec pauciora edenda aſſeruat. hic vir ingenio & arte maximus Mariæ Stuartæ vitam elegantiſſimo poemate heroico cecinit, cui Coronæ Tragicæ nomen fecit: quod ad noſtræ hiſtoriæ fidem ſe expreſsiſſe fatetur. Deplorat eiuſdem Mariæ caſum in clariſsimo ſuo poemate de VRBANO in ſummum Pontificem electo, Franciſcus Bracciolinus, vir priſca morum candore & integritate conſpicuus: qui heroici carminis maieſtatem, & cothurni grauitatem, cum lepore comico tanta felicitate coniunxit; vt in ſingulis

 gulis

gulis iure merito de principatu certet: ita deridenda veterum numina ſocco induit, vt nihil vrbanius ſuauiuſq; aut antiqua aut noſtra theatra viderint. Fredericus Valla eandem hiſtoriam tragico poemate concluſit, titulo infelicis Reginæ Scotiæ. Ioannes Baptiſta Gattus Ordinis Eremitarum D. Hieronymi, eruditione iuxta ac pietate clarus, vix abſoluto inſigni poemate de Virgine dolente, Mariæ Stuartæ ob ſtrenue perlatas calamitates triumphum celebrare cœpit. Nec ſatis habuerunt laudatiſsimi vates meam ſcribendi inſcitiam ſtili erudítiſsimi elegantijs condire. acceſsit & aliud beneficium, vt quidem ego interpretor, maximũ: quod communem mecum operum ſuorum defenſorem VRBANVM VIII elegerunt: ad quem ſupremæ eruditionis æque ac imperij principatus conſentiẽtibus doctorum omnium ſuffragijs delatus oſtendit, veniſſe tandem tempus, quo, triumphante circa Apoſtolicum ſolium eruditione, diuina ſub Italo cælo aut nata aut enutrita ingenia ad verum virtutis amorem iuſtis præmijs excitentur: vt laudatam veterum doctrinam atque ſapientiam Romæ in orthodoxæ religionis bonum promouendum excolant. Quo facilius vt ſpero mihi ignoſces, Lector beneuole, ſi tam prolixam propitiamq; in clariſsimis ætatis

noſtræ

noſtræ luminibus humanitatem expertus, eorundem beneuolentia in rebus meis tutandis augendiſque fretus, nouam hanc de Scotis lucubrationem profero. atq; hac de ſcriptione dixiſſe ſufficiat.

Cur Illuſtriſsimum Cardinalem BARBERINVM huic operi defenſorem elegerim, eius rei nullam mihi apud æquiores cauſam dicendam exiſtimo. quare enim ſcripta mea quæ ſacrum VRBANI nomen atq; tutela tam feliciter hactenus protexit, extra BARBERINAM familiam Mæcenatem aut patronum quærerent? in qua tot ſcientiarum numerantur fontes, quot hominum capita. neq; enim ita inter ſuos primus eſt VRBANVS, vt ſit ſolus: nam priſca BARBERINAE gentis aſtra quingentis & amplius annis in Tuſco cœlo clara fuerunt: & præſentia ita lumen à Sole VRBANO mutuātur, vt ſuo quoq; ſplendore coruſcent, & minoribus ſtellis lucē de luce propria effundāt: agmen inter ſuos ducit FRANCISCVS Cardinalis, egregijs in Eccleſiam Dei meritis vno patruo minor. ſunt Franciſco germani duo ANTONIVS, & THADAEVS; ille patruo ANTONIO, hic CAROLO parenti dignitate pares. nec tergeminos BARBERINAE Familiæ heroes aliud præter ætatis diſcrimen diſsi-

miles

miles facit. FRANCISCVS certè mirificæ humanitatis; eruditionis & ſapientiæ laude clarus, Gallos ac Hiſpanos præteritis annis docuit, quid facere patique debeant Romanorum Pontificum Nepotes, vbi ſecuritas ac tranquillitas publica in diſcrimine verſatur. illum priuatum adhuc tanto obſequio colui, vt maiore Cardinalem colere nequeam. nihil enim à purpura FRANCISCI animus accepit, niſi virtutis exercendæ materiam: quam aut negat, aut non æque vberem miniſtrat priuatæ vitæ ſolitudo. Sed ne aulico more inter Romanæ Curiæ delicias & oblectamenta ſtudium et obſequia mea verbis tralatitijs iactare videar: ipſam ego principis optimi conſcientiam appellare poſſim, quam mihi vita ipſa poſt officium atq; obſequium fuerit, tam in Gallico quam Hiſpanico itinere: in quibus prompte & fortiter quantum potui obeundis, talia in ampliſsimi comitatus curis ſubleuandis feci ac pertuli; et mea erga FRANCISCVM BARBERINVM caritate atq; obſeruantia impulſus, & tanti principis erga me amore & affectu confirmatus, ad quæ nulla humanæ dignitatis ſpes, nulla præmiorum expectatio me vnquam induxiſſet. quæ libens prætereo: ne dum maxima illius merita, & ſummam erga me beneuolen-

uolentiam narrare ſtudeo, importunior in proprijs laudibus recẽſendis videar. Id tamen apud omnem poſteritatem non leui argumento teſtatum eſſe cupio, me non fortunæ ſed virtuti FRANCISCI BARBERINI inſeruire; quod nunquam à Sanctiſſimo ipſius patruo, nunquam ab ipſo quidquam vllo nomine poſtulauerim. quamuis ampliſſima præclaræ benignitatis, & egregiæ voluntatis teſtimonia, quibus me vltro ornarunt, ne poſtulare quidem ſiuerint. Hæc mihi priuata cauſa fuit cur hunc ingenij mei fœtum FRANCISCO Cardinali BARBERINO in tutelam darem. taceo publicam: quod ſacræ Scotorum hiſtoriæ primitias non ſine ſacrilegio cuiquam niſi Scotorum Protectori munificentiſſimo conſecrare potuerim. Vale.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiſsimo P. Mag. Sac. Palatij Apoſt.

A. Epiſc. Bellicaſtr. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Nicolaus Rodulfus, Ord. Prædic. Sacri & Apoſtolici Palatij Magiſter.

E R R A T A.

Pagina 18. linea 26. cteatus. lege *creatus. p. 29. l. 12. Deiperam. Deiparam. p. 36. l. 13. eorunde eorundem. p. 40. l. 22. ſcieret. ſciret. p. 45. l. 21. ſe a. a ſe. p. 70. Miranda Mirandа. p. 73. l. 14. vbi. vti p. 77. l. 22. Vicáriam. vicariam. p 78. l. 18. inde mortui in demortui p. 83 l. 14. dogmatis. dogmatibus. p. 85. l. 13. tyrannide profugerant. tyrannide vexati profugerant p. 124. l. 1. ſuppellectilia ſupellectile. p. 126. l. 15. sentant. teneant. p. 129. l. 8. edebantur. edebatur. p. 156. l. 19. dlſerta diſerte. p. 160. l. 21. adhorti. adorti. p. 165. l. 24. indicta indicti. p. 168. l. 18. ſignia. ſigna. p. 175. l. 4. quamuis pauciora. quamuis qui pauciora. ibidem. l. 18. imperia. imperitia.*

GEORGII CONÆI
DE DVPLICI STATV
RELIGIONIS
APVD SCOTOS,

Liber Primus.

VT eſt varia rerum facies, ita multiplex ſcribendi materies; in qua ingenij vires experiantur induſtriamq; probent, quibus animi aut à natura tributa eſt præſtantia, aut à literarum ſtudijs cultura, & dicendi facultas. Res maiorum fortitèr & præclarè geſtas poſteritati commendaſſe, fuit quibuſdam ad nominis immortalitatem gradus. Hi inuentas à ſe ſcientias alijs calamo tradentes à feritate ad ciuilitatem rude mor- *Præfatio.* *Varia hominũ ſtudia.*

talium genus traduxerunt. Illi Cœlos radio metientes Deum vniuerſi auctorem ſuſpicere, & venerari docuerunt, religionisq; fræno aſperis mentibus iniecto originis ſuæ fontem contemplari coegerunt. Fuere qui terrarum & marium deſcriptionibus commercio aditum aperientes, diſſociatas ac diſiunctas lingua, moribus, ac locorum interuallis nationes vtilitatis reciprocantis vinculo commiſerunt atque colligarunt. Laudabili omnes conatu id præſtiterunt, quòd virium fiducia, & honeſti ſpecies ſuggeſsit ac imperauit. ſed nulli maiore humani generis cum fructu in vllo monumentorum genere deſudaſſe videntur, quàm illi qui patriæ, cui ſecundum Deum multa, aut certè omnia debemus, ornandæ, aut ab iniurijs temporis omnia exedentis, & denſa obliuionis nocte obumbrantis vindicandæ, operam diligentiamq; locauerunt. domeſticum enim exemplum poſteris concinnarunt, in quod intuentes ſe actionesq;ſuas componerent: & familiares adhibuerunt monitores, qui virtutem insererent, & vitia extirparent, ab omni fallendi ſuſpicione liberi. Quæ cogitatio me excitauit, vt primæ huius meæ iuuentutis meditationes, & vigilias Scotiæ, hoc eſt patriæ meæ, deuouerem. Quod cum non ita pridem in Mariæ Reginæ conſtantia, pietate, inuicto in rebellionis, proditionis, calumniarum, maximarumq; anguſtiarum malis perferendis pe-

Vtilis de Patria ſcriptio.

Vita Mariæ R.

ctore nulli fœminarum ſecundæ, vita, & morte narranda aggreſſus fuerim: illam nunc mihi partem ſelegi, quæ de Scotorum in Religione Chriſtiana amplectanda, promouenda, conſtanterq; profitenda, non eo quo par erat ſtudio à noſtratibus elaborata videtur. Multi quidem fateor ſparſim, & aliud agentes pro re nata illam delibarunt: ſed qui ex propoſito, & ſub vnum aſpectum rem totam continua ſerie ſpectandam dederit, nullus dum mihi eſt lectus. Quod quidem eo animo ſuſcepi, cum vt Chriſtianis virtutibus, maiorum meorum pietatem ſcribendo, meum mihi pectus implere diſcerem: tùm vt ad priſtinũ Catholicæ Religionis cultum amplectendum populares meos inflammarem. Nàm ex quo ſpreta Chriſti fide à Romanæ Sedis obedientia defecerunt Scoti, vix credunt exteræ nationes nos, quod ſumus, eorum eſſe ſobolem, quorum haud vulgaria apud omnem antiquitatem leguntur cùm fortitudinis, tùm conſtantiæ, in colenda, & ad alios propaganda fide Catholica, encomia. æquum ergo maiorum excitemur exemplo, quos & vitam nobis, & præclara veræ nobilitatis inſignia tribuiſſe gloriamur: eorum quippe, niſi virtutes, ſtudiumq; in numine colendo imitemur, damnare videbimur memoriam; nec aliter de illis, quam de impijs, ſacrilegis, & idolorum cultoribus ſentire: ſi nunc tandem fidem quam Romana Sedes cum vniuerſo Ca-

Argumentum huius operis.

Scopus Autoris.

 ſo Ca-

ſo Catholico orbe profitetur, & olim profeſsi ſunt maiores noſtri, vt adulterinam poſteri reijciamus. Fuit & præter has alia mihi laboris cauſa: vt Eccleſiæ Principibus, quorum in primis intereſt, pro ſui muneris & dignitatis culmine Rempublicam Chriſtianam promouere, ſtimulos vtcumque admouerem: quo opem, operam, & conſilia, ad antiquiſsimam nationem, hæreſeos incendio aliquot iam annos flagrantem, ex tanto ruinæ periculo liberandam communicent: atque intelligant, quantùm incrementi Eccleſiæ ſit acceſſurum, redeunte in ſinum piæ matris tot Sanctorum virorum, atque acerrimorum ingeniorum fœcunda genitrice, atque altrice Scotia. nec dubito, quin adeò ſpero, fore tempus, cum aliquando parentum ſuorum veſtigijs inſiſtentes, & auitæ gloriæ memores Scoti mei, reſtitutæ in magna Britannia Religionis Catholicæ gloria illuſtres, Romæ & vbiq; terrarum inſtauratores celebrandi ſint. cum quo quidem omine, ò Scoti Scotæque, quotquot antiqua religio & pietas ſibi ſacrauit, veſtra in primis apud Deum interceſsione, modo narrationis meæ telam ordiri animus eſt.

Alia laboris huius cauſa.

Britanniæ incolæ.

Britannia Græcis nomine tenus cognita, omnium inſularum, quæ priſcis innotuere, & ſitu maxima, & rerum geſtarum gloria celeberrima, varios olim populos, non ſermone tantùm, ſed moribus etiam, atque legibus diſcrepantes aluit.

Præci-

Præcipui fuere Scoti, Britones, Picti: de quorum origine varij varia tradunt. Ego nullius hac in re ſententiam, vt non fero, ita nec impugno: nàm vt facile cuique, atque in procliui eſt, illa quæ ex maiorum relationibus accepta ſunt, in dubium reuocare: ita difficile inprimis exiſtimo, talia pro certis affirmare: noua verò nec prius audita, ſine vllis litterarum monumentis comminiſci, temerarium prorſus, & eo qui hiſtoriæ ſcriptionem profitetur, indignum iudico. Vnum profectò eſt, quod de origine noſtra, & verè dicere, atque omni conatu defendere tenemur, humanum genus, opifice ac creatore Deo, in Adamo principium habuiſſe; Et ſi recentiora cupimus, in Noe prole, dum terras vindex læſi numinis diluuium inundaret, conſeruatum. Cæterùm vt ea quæ in ſacris litteris traduntur prætereamus, reliqua aut exigua, aut potiùs nulla veritate nituntur. Teſtes ſunt Græcorum fabulæ, Aegyptiorum deliria, figmenta Chaldæorum, ipſorum quoquè Romanorum inania commenta: qui dum primordia ſua curioſiùs ſtudent dicendo augere, non veritatis modo, verùm etiam rectæ rationis, & probabilitatis limites tranſgreſsi ſunt. Ego in præſentia antiquas Scotorum origines, perplexos multorum annorum labores, erroreſque, atque fundatum ab ijſdem in Albione imperium ſilentio prætereo: quod plurimi reperiantur, qui

Indubitata hominũ origo ab Adamo.

Fabuloſa gentiũ origines.

hæc

hæc omnia laudabili ſtudio apud noſtrates celebrauerint, & ego ad ea quæ mei inſtituti ſunt gradum facio. Sed operæprecium fuerit in ipſo limine oſtendere qua ratione Britannia toto orbe diuiſa, opportuno maximè, & perneceſſario ſibi tempore reliquo orbi coniuncta ſit. Iàm in proximo erat Seruatoris mundi natiuitas, & promiſſa gentibus ab infimæ ſeruitutis iugo libertas: paranda fuit ſedes æterni liberatoris imperio, & in imperio Petri ſucceſſoribus: aſſuefaciendi indomitarum nationum animi ferendis vnius imperatoris iuſſionibus, quo mollius, & ſuauius capeſſerent æterni regis ſanctiones, in veram libertatem aſſerentis; caſtiganda laſciuientis regnorum ſubiugatione populi inſolentia, vniusq; Dictatoris nutu coercenda fuit multorum ambitio, & ſuperbia, quo miteſcerent indomiti animi, ad pacis Regem verè perpetuum Dictatorem, eiusq; immaculatam legem alacrius accipiendam: congregandæ diù fuerunt diſsipatæ, & barbarie diſcordes nationes vnius & Romanæ linguæ communione; quæ ſalutis ſacra pereunti mundo communia faceret, & caſtas Chriſti Romanas iam factas cœremonias, per vniuerſum orbem Romani præſulis auſpicijs tranſmitteret, & ſartas tectas vbiq; conſeruaret. Has Deo naſcituroq; Chriſto eius gens togata, rerumq; Domina Roma operas præſtitit. Britanniam inſulam ex Romanis primus intrauit

Romani imperium Chriſto diſponunt.

Caius

Caius Iulius Cæſar, qui bellica laude, atq; imperatoria dignitate clarus, non tàm ſuis iter ad gloriam, quàm inſulæ noſtræ habitatoribus viam ad ſalutem muniuit. Cæſarem Iulium ſequuti aliquot imperatores, ductu aut auſpicijs ſuis, proximam Britanniæ partem, vt Taciti verbis loquar, in prouinciæ formam redegere. Verùm vbi qui poſitas ad meridiem plagas habitabant Britones, Romanis vectigales facti ſunt, reliquorū inſulanorum iuſtum odium, ob proditam cōmunem ſecuritatem incurrere: nec ſegniores Scotos Pictosq; pro libertate, quam Romanos pro imperio certantes inuenerunt: mirum profectò, & niſi hoſtium ipſorum teſtimonio celebratum fuiſſet, vix credendum, orbis domitores in media Britannia imperij ſui fines conſtituiſſe; quibus nec Rhenus, nec Ganges, nec vlla naturæ munimenta aditum prohibuere: vnicamq; Caledoniorum fortitudinem inoffenſo paſſu procurrentes victrices aquilas ſtitiſſe. Sed poſtquàm vacillare in Britannia non nihil Romanorum imperium cæpit, & infeſtantium Scotorum impetus ſuſtinere nequirent Britones, cùm nec à ſocijs pacem, nec à Dominis auxilia ſperarent; Saxones Germanorum ſtrenuiſsimos in ſubſidium vocarunt. hi repulſis hoſtibus, armisq; in Britones verſis, magnam Britanniæ partem iuris ſui fecerunt: hanc ab Hengeſti Ducis natali ſolo Angliam vocamus, quæ licet à Danis

Iulius Cæſar primus Britanniā intrat.

Odiū Scotorum in Britones.

Britones Saxonum auxilium implorāt.

Anglia vnde.

poſtea

poſteà, ac Normanis occupata fuerit, hac in hodiernum vſque diem nominis appellatione cenſetur. Scoti verò, qui nunc alteram Btitanniæ partem, cum Orcadibus inſulis triginta & vna; ac Hæbridibus quadraginta tribus adiacentibus, tenent, orto cum Pictis bello, non prius conquieuere, quàm Picticum nomen internecione deletum, & inde imperium totius inſulæ ad Scotos, Angloſq; reductum in duo ſceptra diuiſum eſſet. Qui populi licèt mutuis ſe damnis, aſsiduiſq; inuicem vexarent cladibus, ſuos ſemper ſibi reges proprios habuere: donec Maria Stuarta Scotiæ regno, Angliæ ac Hyberniæ iura vniuit. Scotia nihilominùs, vt prius, ita nunc fluminibus Tueda & Solueo dirempta, ſuas leges, ſuum ſenatum, ſua imperij inſignia reliquaq; Maieſtatis decora retinet; Scotiæ non alia denominatione propria ſibi perpetuaquè, tàm amicis, & fœderatis, quàm hoſtibus æmuliſque, & reliquo omni terrarum orbi, nota. Sed de his hactenus, vt ſine ſalebris, & obice decurreret deinceps mea oratio, in Religionis Catholicæ primordijs, & incrementis apud Scotos narrandis.

Scoti Pictos delent.

Scotiæ limites.

Virtus S. Spiritus in Apoſtolis.

Poſtquàm relictis terris ad Patrem redijt victor Dei filius, promiſſam Sancti Spiritus gratiam Apoſtolis largitus, illorum pectora tanto diuini amoris incendio inflammauit, tanta animos conſtantia roborauit, tanta dicendi, docendiq; virtute exornauit,

nauit, & laxauit ora, vt nullius in poſterum minis ſuccumberēt, nullius timerent potentiam, nullis retardarentur tormentis in obeundo ignauiter Apoſtolatus munere. Petrus verò, qui Apoſtolorum Princeps à Domino relictus fuit, cũ in Antiochena Eccleſia ſeptem annis ſediſſet, Romam ad deſtinatum ſibi ac ſucceſsoribus thronum, quo potiſſimùm oportuit tempore, ſe contulit, indeque Euãgelij præcones quaquauerſus delegauit. Quam in primis ob cauſam, & mittendi auctoritatem, Gentium Doctor Paulus, Romanorum fidem annunciari in vniuerſo mundo ſcriptum reliquit, quod de nulla alia Eccleſia legimus. Nec vero ſimile eſt Britãniam, tùm nouam celebremq; Romanorum prouinciam ab Apoſtolo prætermiſſam, quo & Duces, & milites in legionum ſupplementum non rarò mittebantur. Scribunt quoquè non infimæ notæ hiſtorici ipſum S. Petrum, dum Claudij edicto vnà cum Hebræis Roma exulare cogitur, Britanniam intraſſe, atquè ibi æternæ vitæ ſemina ieciſſe: plurimi verò diuinam Pauli tubam, in intimo Britanniæ receſſu annunciantis illis populis ſalutem, exauditam fuiſſe. ex quorum ſententia Venantius Fortunatus de Sancto Paulo cecinit:

Conjectura de Britãniæ cõuerſione.

Tranſit & Oceanum, & qua facit Inſula Portum,
Quaſq; Britannus habet terras, atq; vltima Thule.

Verum quicquid ſit de Apoſtolorum illis in regio-

B nibus

nibus prædicatione, conſtat, multos à S. Petro ad fidem conuerſos in Britanniam migraſſe, vel vt Euangelium propagarent, vel vt proſequutionem fugerent Neronianam. Nàm vt de alijs Britanniæ populis ſileam, certum videtur Scotiæ habitatoribus ante motam de Paſchatis obſeruatione controuerſiam, hoc eſt ante Victoris primi tempora, Euangelium illuxiſſe. Cùm enim Paſcha ex Neophytorum Hebręorũ ritu plurimis annis pertinaciter celebrauerint ex Scotis non pauci, ſitq; veritate poſterior omnis error, facilè eſt credere Victorem Pontificem Cycli Paſchalis obſeruatorem diligentiſsimum, quiquè Paſchatis Catholico more obſeruandi ritum ſanxit, in Scotia reperiſse multos quos ſalutaribus vndis expiaret, alios quos Iudaiſantium infecerat error, in viam veritatis reduceret. Fatendum tamen eſt, reges ad Donaldi primi tempora, qui Scotorum Rex fuit vigeſimus ſeptimus, à veri Dei cultu alienos in idolatriæ cæno, & tenebris immerſos, ad cœleſtis veritatis lumen caligaſſe. Hic enim virtutum, quæ in Chriſtianis relucebant, ſplendore perſtrictus, petijt à Victore primo, quem vniuerſalem paſtorem tota agnoſcebat vel habebat Eccleſia, fidei Doctores: à quibus cum ipſe, tùm magna aulæ regiæ, & Scoticæ nobilitatis pars ſalutari baptiſmatis fonte abluta Chriſto nomen dederunt. Rex vt extaret aliquod ſuſceptæ à ſe Chriſtianæ fidei apud

Quando Scoti conuerſi.

Ad Ann. C C. Donaldus primus fidem ſuſcipit.

Nummi Cruce ſignati.

apud poſteros monumentum, nummos ab vna parte ſalutiferæ Crucis, ab alia capitis ſui effigie ſignauit; quod ſacra Crux, in qua mundi ſalus pependit, certiſsimum fidei orthodoxæ teſtimonium in naſcente Eccleſia haberetur. Optimus autem Pontifex licet errorem de Paſchate celebrando nondum inter Scotos extinctum ſciret, ob quem Aſiæ Eccleſias anathemate percuſſerat, nullam tamen in Scotos grauioris cenſuræ protulit ſententiam; quod probè intelligeret, teneras Eccleſiæ plantas charitatis ardore fouendas, & ſilueſcentes errorum ramos prudenti manu paulatim eſſe amputandos: aridos verò ſtipites iuſtitiæ gladio, & ſeuero ictu exſcindendos. Conſentiens eſt Annalium omnium concordia, factam eſſe hanc inſignem ad Chriſti ouile Scotorum traductionem, ante ſalutis noſtræ annum ducenteſimum. Præter cæteros luculentum eſt vetuſtiſsimi Scriptoris Tertulliani teſtimonium, qui anno poſt centeſimum nonageſimo mollem cum celoci pallio togam commutauit, Chriſtianamquè & veram philoſophiam veſte & moribus profeſſus, Britannorum inaceſſa Romanis loca Chriſto vero ſubdita eſſe ſua tùm ætate affirmauit. Quæ porrò hæc loca fuerint, docet Hadriani vallum inter Tinæ, & Eſcæ fluminum æſtuaria per octuaginta paſsuum millia ductum, quo Romanorum prouinciam à populis Septentrionalibus disiunctam fuiſſe in-

Pont. erga Scotos clementia.

Tertull. lib. contra Iud.

Hadriani vallum.

ſe,inter Latinos ſcripſit Aelius Spartianus,e Græcis Herodianus. Aliud quoque, ſed loco diuerſo conſtructum teſtatur Paulus Oroſius à Seuero Imperatore, qui dum *victor in Britanniam defectu penè omnium ſociorum trahitur: vir magnis grauibusquè prælijs geſtis,receptam partem inſulæ à cæteris indomitis gentibus vallo diſtinguendam putauit*. vtriuſquè hodie rudera, vna cum Termini æde in Scotia viſuntur, non tenuia Romanæ magnitudinis veſtigia, & pulſarum à Scotorum finibus legionum trophæa. Vnum vehementer hic mihi & omnibus dolendum, flagrante Chriſtianæ modeſtiæ ſtudio; nimioque latendi deſiderio, erepta poſteritati Apoſtolorum noſtrorum nomina,qui periturorum diptychorum ſcriptionem,aut contempſerunt,aut neglexerunt; contenti ſcilicet legi in libro vitæ. populus enim ad ſimplicitatem factus, in illa religionis apud nos infantia, memoriarum, & penè vocum minùs curioſus, omnes eos qui pietate excellerent Culdæos communi vocabulo vocitare eſt ſolitus, & ſingulorum nomina ſilentio inuoluit. Culdæi tanta apud Scotos veneratione habiti ſunt, vt veritatis hoſtis, & malignus diſſimulator Buchananus fateatur,defunctorum cellas in templa commutatas. verba attexere erit operæpretium. Libro itaque IV. Rer. Scoticar. R. XXXV. agens de ijs, qui in Scotiam ad euitãdum perſequutionem venerant, ſubiungit: *e quibus complures doctrina, & vitæ integritate clari*

Vallum Seueri.

Nomina Apoſtolorum Scotiæ interierunt.

Culdæorũ veneratio.

Buchan. hæretici teſtimonium contra hæreticos.

te clari in Scotia ſubſtiterunt, vitamq; ſolitariam tanta ſanctitatis opinione apud omnes vixerunt, vt vita functorum cellæ in templa commutarentur, ex eoquè conſuetudo manſit apud poſteros, vt priſci Scoti templa cellas vocent. Hoc genus monachorum Culdæos appellant &c. Quid clarius ad ſectariorum calumnias refellendas dici potuit? Qui ſanctorum cultum, & monachorum diſciplinam, recentia Pontificum Romanorum commenta eſſe contendunt; inter quos ipſe quem citaui, non vno hiſtoriæ ſuæ loco vtrumquè impugnat. Talis eſt iſtorum Doctorum genius, qui cæci ſunt, & duces cæcorum: vt cupiditatum & vitiorum æſtu in cogitationum ſuarum præcipitia, & voragines abrepti, difficultèr oculos ad veritatis lucē attollant. at ſaltem mendacem, ex veteri prouerbio, memorem eſſe oportuiſſet: ſed fruſtra humana induſtria veritati nebulas ſuas offuderit, vbi diuina ſapientia contra nititur, quæ non ſolùm ex infantium, & lactentium: ſed ex dæmonum etiam, atque his nequiorum, prudentum ſæculi huius ore laudem perficit.

Iàm centum plùs minùs annis ſacris legitimè operati fuerant Scoti, cùm Diocletianus tyrannus, Solis ac Lunæ fratrem ſe nuncupans, Deus eſſe, & haberi voluit. huius cum facilè conſortium paterentur ij, quos in Deorum numero humana cæcitas venerabatur: ſoliquè impiam temeritatem abominarentur Chriſti Dei veri ac vnius cultores,

Ad Ann. CCC.

Diocletiani impietas.

tores,

tores, his bellum indixit Diocletianus, & grauiſſimè in Eccleſiam Romanam ſæuire cæpit: armis cum Chriſto pro diuinitate certaturus. nec Britãni, qui Romanæ fidei nõ minùs, quàm legibus imperatoris parebant, eius cladis expertes fuere: Quæ egregium Albanum terrenæ militiæ exemptũ cæleſti, æternæq; aſcripſit, martyrij palma ſplendidum. Sed immunis omninò ab ea procella remãſit Scotia, vnicumq; noſtra in inſula Catholicorum aſylum: quo plerique Britonum ſe ſe recipientes, ob vitæ morumquè probitatem inter Culdæos adnumerati, quod ætatis reliquum erat in ſacra illa virtutis palæſtra ſtudio non pœnitendo traduxerunt. In Culdæis videre erat idæam vitæ Chriſtianæ, quæ à mundi ſtrepitu hominumque conſortio abducta, cœleſtium rerum contemplationi tota vacabat: qualem per orientis prouincias eodem & ſubſequentibus ſæculis exercebant glorioſi illi Dei ſerui, quos Anachoretas & Aſcitas dixere apud Aegyptios, Græcos, & Aſſyrios. atq; ſi rem ipſam, non ſola nomina perpendamus, inueniemus profectò Culdæos verè Aſcitas Caledonios fuiſſe, ſicut Anachoritæ illi ſancti, Culdæi Aegyptij ſine vlla controuerſia fuerunt. Mira æternæ illius prouidentiæ opera, hi ſub ſole ardente, illi ſub arctoo frigore, eiſdem religioſæ vitæ inſtitutis incubuere, eadem cæleſtis philoſophiæ ſtudia ſequuti. Sed habuere Aegyptij, qui ſua memoriæ commendarent,

Albanus Martyr.

Culdæorũ & Aſcitarum profeſsio eadem.

Culdæos

Culdæos non niſi venerabile ſilentium excepit : quorum nihil minor debet eſſe commēdatio apud eos qui rectè ſentiunt, & res æſtimant non ex ſermone hominum, ſed ex merito, & veritate omnia dijudicant. Certare diceres Britones cum Scotis, vt olim de Britanniæ, ità in præſentia de coeli imperio. *Brit. cum Scotis pia æmulatio.* Britonibus certè facilem ad ſuperos viam regali ſternebat purpura lictoris gladius: Scoti expeditum ſpontaneæ paupertatis ingreſsi tramitem, fragranti virginitatis odore, trahebantur ad cæleſtem illum ſponſum, qui inter lilia paſcitur. illi nequiſsimos humanæ ſalutis hoſtes dira quæquè pro Chriſti nomine ad alienæ crudelitatis libidinem ferendo, proſternebant: hi familiarem mortalium inimicum, membris proprijs ciuili in dicto bello ad deditionem compellebant: vtrique pietate indefeſſa, aſsiduiſquè precibus corda ſua æterno numini ſacrando, ea merebantur ſtipendia, quæ non alia quam diuina manu reddi poſſunt. Quare nemo vt opinor iure mirabitur ex tàm frugifera Sanctorum inſula, Chriſtum elegiſſe populo ſuo Ducem, qui non Britanniæ modo, ſed vniuerſo terrarum orbi poteſtatē faceret ampliſsimam, imò felicem imponeret neceſsitatem Deo vero ſeruiendi. Hic fuit Conſtantinus ille verè Magnus, (quidquid contra veritatem omnem, deſerta gentilitas in pium Imperatorem ſcripſerit) D. Helenæ Britannæ filius, qui Romanos *Conſtantinus Magnus.*

à ma-

à Maxentij tyrannide ex inſperato liberatos, inaudito ad ea vſque tempora exemplo docuit, Romanum Imperatorem nullis ſub ſignis certiorem de hoſtibus thriumphum ſperare poſſe, quàm ſub illis quæ Chriſtus eſſe voluit debellati tartari inſignia, ac ſalutis noſtræ recuperatæ trophæa. Neq; Vrbi pacem ſecuram reddere ſibi viſus eſt Conſtantinus, niſi moderatorem pacis in primis ſtudioſum D. Silueſtrum ex cryptis vocatum, in quibus ad eum diem Romani Pontifices latuerant, illi præfeciſſet: noua ſibi, ac futuris Imperatoribus condita in Byzantio ciuitate. Hanc igitur diuino planè conſilio Euangelij diſpenſatoribus Chriſti Vicarijs ſedem præparauit Conſtantinus, vt fieret Roma palàm veritatis magiſtra, quæ non modo ſuis, ſed etiam deuictarum gentium erroribus imbuta, totiuſque impietatis, atq; idolatriæ ſchola facta erat: & cui Deus legionum vi erepta ſanctorum legum autoritatem, & religionis maieſtatem attribueret; quamq; armis diutiùs imperare noluit, ſacris cognitum incognitumq; maioribus orbem frænare vellet: eſſetq; Roma hominum olim vaſtatrix, rerum tandem tutela, columen & decus: haberet etiàm, & veneraretur ſuum ampliſsimum ordinem, in quo purpura pares, moribus, prudentia, annorum canitie veteri illo longè ſpectabiliores, ex omni orbe ſelecti proceres ſederent: nec deeſſent tributa, non tàm multa, ſed

Roma S. Silueſtro data.

Romæ Chriſtianæ maieſtas.

magis

magis innoxia & libera : ad quam concurrerent ab omni terrarum plaga legationes & iura ac ſacrorum leges hinc peterent gentes. Ipſi reges, ac principes venirent, inclinarentur, & obnoxia capita vni huic capiti ſubmitterent. Quid homines, aut Principes loquor? Ipſi aerij, terreni, atquè inferi ſpiritus trepidarent, & vererentur; cæleſtemquè hanc in terris poteſtatem vel inuiti, & reluctantes agnoſcerent. Sed ad Scotos meos reuertor: qui ſedente ad imperij clauum Conſtantino publicæ tranquillitatis, qua fruebatur Romana Eccleſia, participes facti, omni opera adnixi id vnum ſtuduerunt, vt à Romano Pontifice pro legitimis fidiſquè Eccleſiæ filijs haberentur: quiquè hactenùs imperatoriam in Romano ſolio maieſtatem, inſigni fortitudinis conſtantiæq; laude, poſt innumeras clades pro patriæ libertate acceptas, contempſerant; pontificiæ nec rogati, læto alacriq; animo ſe proſtrauerunt. Quantum nimirùm refert apud barbaras etiàm nationes, quibus artibus imperium quæratur. Conſtantius poſtea Imperator, paterni quidem imperij ſed virtutum minime hæres, dùm Ariana infectus hæreſi Britanniam corrumpere annititur, nouam pietatis materiam Scotis ſuppeditauit: & hoſpitalitatis erga afflicta Eccleſiæ membra comprobandæ occaſionem præbuit. Crathlintus, qui tùm fortè Scotorum Rex erat, venientes ad ſe fideles

Scoti Imperat. hoſtes Pontif. Rom. ſpōtè ſubditi.

Conſtantius Arianus.

Crathlinti R. hoſpitalitas.

C omni

omni beneuolentia complexus, tutum ſingulis pro cuiuſquè muneris ac dignitatis ratione refugium tribuit. Huic apud noſtrates æqua-

Viri ſãcti. in Scotia.

les fuere Modocus, Priſcus, Calanus, Ferranus, Ambianus, & Carmocus, Dei cultores ſtrenuiſſimi, qui in Scotorum Pictorumque mores diligenti ſtudio aduigilantes, eas gentes ab Arianà peſte illæſas conſeruarunt. Erecta quoquè

Mona Chriſto ſacrata.

pio, nec ſilendo Crathlinti Regis labore in Mona inſula religionis chriſtianæ trophæa: in quà, ſi Veremundo credimus, Druides primariam matremquè ſedem ad hanc vſquè ætatem tenuerunt, Phrontiſteria etiàm in quibus ritus, legesque, & populos regendi rationem docerent, atque adeo aſceteria quibus arctioris vitæ exercitia ſanctiorisquè philoſophiæ initia mundo cœleſtium rerum deſiderio renunciaturis traderentur: vnde in Galliam, aliòquè arcana philoſophiæ ſuæ diſciplina imbutos auditores, & diſcipulos ſoliti ſunt tranſmittere. Eiectis Mona Druidibus Crath-

Eccleſia S. Saluatoris in Mona.

lintus ſacram nomini Seruatoris ædem extructam (Conſtantini illius magni exemplo, qui Lateranenſem noſtram Baſilicam primariam Chriſtiani orbis ſedem eodem titulo inſigniuit) Amphibalo ſpectatæ ſanctimoniæ viro regendam dedit: hic primus Eccleſiæ illius antiſtes cteatus, multa ad Dei gloriam propagandam, Catholico Præſule digna, per vniuerſam Scotorum regionem præclarè geſsit.

geſsit. Nec ſollicito Paſtori, in noua hac Chriſti ſponſa ornanda, Crathlinti Regis defuit liberalitas; quem calices, patenas, candelabra, cæteraq; ad ſacrorum vſum neceſſaria, ex auro & argento fabrefacta donaſſe, altare quoquè cupro æreq; clauſum, prouentus inſuper ex vicinis prædijs in Eccleſiæ ac Cleri vſum aſsignaſse, legimus. Viderint iam populares mei num præſens ſacrorum in Scotia apparatus priſco illi, nec ab Apoſtolorum temporibus multum diſtanti æquari poſſit. Reliquias Sanctorum maximo in precio Scotis ſemper fuiſſe conſentiunt hiſtorici, quorum pietati nec ſuam deeſſe mercedem voluit Deus. Is enim, qui facit mirabilia magna ſolus, Regulum Græcũ Monachum ex Achaia oriundum, pijs virtutibus non minus quàm genere nobilem (hic eorum Monachorum Pater fuit, quos Conſtantius Imperator D. Andreæ Apoſtoli reliquijs deſtinauerat miniſtros) hunc inquam Regulum ſacras agentem excubias cœleſti nuncio monuit Deus, vt ex credito ſibi theſauro ſublatam partem in Albionem deferret. Paruit diuinis monitis impatiens moræ Chriſti famulus, atq; Apoſtoli brachium cum tribus digitis, totidemq́ue alterius pedis articulis ablatum pio furto in vaſe decenter ornato recondidit. Et nè cœleſtia conſilia humana retardaret vis, nocte intempeſta liburnicam aſcendens ex portu ſoluit, ijs tantum ex ſocijs comitatui aſcitis,

Crathlinti R. liberalitas.

Reliquiæ Sanctorũ.

S. Regulus cuſtos reliq. D. Andreæ.

In Albionem Dei iuſſu tendit.

qui ſupernæ voluntatis conſcij fuerant. Sinuoſos mediterranei maris anfractus, ac vaſta Oceani emenſus ſpacia, tandem Chriſto Duce in Otholiniæ portum (nunc Ciuitas D. Andreæ eſt, ac Scotiæ Metropolis) ſecundo curſu peruenit. Ibi egreſſi Monachi, ac ſacro elato pignore Deum adoraruere, mox ab ingenti circũfuſi multitudine, quam rei nouitas ex vicinis pagis concitauerat, vbi gentem Chriſtianam ex ſacro Crucis vexillo, quæ vbique cernebatur, inſulam verò Albionem intellexere, ſublatis in cœlum oculis manibusque, lachrymas præ gaudio effuderunt, nec minor fuit Scotorum Pictorumq; lætitia, dum Regulum ſociosque, è tam remota regione, cum venerando ſacrarum reliquiarum theſauro, ad ſe diuino conſilio miſſos audiuere. Adfuit mox ad tantæ rei nuncium Hierguſtus Rex, quem Regulus, veneranda Apoſtoli Scotiam protecturi pignora exponens, docuit quanti facienda eſſent ea dona, quæ tàm mirando numinis iuſſu in Albionem delata fuiſſent. innumera præterea Apoſtoli in gentem illam præcinit beneficia; quæ ab ijs qui tùm fortè aderant non minore cum alacritate accepta, quàm à poſteris in vrgentibus belli calamitatibus probata fuerunt. Non ſolum reliquiarum veneratio, ſed ipſius quoq; Reguli maieſtas animum regium plurimum ad diuinum cultum permouit. nec dubitauit palatium ſuum Apoſtolo, dum ſacra extruitur

Hierguſtus R.

Rex palatium ſuum Regulo concedit.

ædes

ædes, locare: quod Regulo ac Sacerdotibus poſtea donauit,& pro regia mortalis principis in immortalis Dei famulorum habitationem eſt conuerſum. Hanc facinoris heroici laudem æmulatos multos deinceps Chriſtianos principes viros, paria aut ſimilia feciſſe Eccleſiaſtici annales loquuntur. Eo autem pietatis Scotorum erga Sanctum hunc creuit religio, vt ſolus pro numine tutelari, regniq́ue totius præſide habeatur. Regulum in Albionem, aut ſecuti venientem, aut inuentum in Monaſtica vita imitati ſunt Nerius, Euſebius, Merinus, Machabæus, & Silueneus, Monachi apud noſtrates inſignes. Eodem cum his ſeculo floruere Damianus Presbyter, Gelaſius, Thebaculus, & Merinatus, eximiæ probitatis eruditionisq; Diaconi: horum & aliorum, quos recenſere longum eſſet, diligentia in dies auctus eſt in Scotia ſacrorum honos & reuerentia, quantùm, inter arma & prælia, nunquàm pene à Romanis intermiſſa, fieri potuit.

D. Andreas Scot. tutelaris.

Viri pij.

Poſtquàm Ferguſius II. Scotorum vires, & rem in Albione reſtituit, nulla profectò gens maioribus animis in diuinum obſequium incubuit. Rex enim quotiès ab hoſtium incurſionibus temporis aliquid liberum concedebatur, ea omnia, in quibus benè cultæ religionis laus enitere ſolet, maxima quidem ſedulitate, maiore tamen pietate curauit. Aedes ſacras aut vetuſtate collapſas, aut inſano militum furore proſtratas, auguſtiore forma inſtaura-

Ad Ann. CCCC. Ferguſius II. R. pius.

Iona inſ. inſtaurauit: nouas à fundamentis erexit. Ionam inſulã Abbatia nobili, vbi regum ſepulturam eſſe iuſſerat, ornauit. virtuti & doctrinæ, quibus maxime floreſcit religio, non ſolùm præmia, ſed honorem quoquè apud ſe eſſe voluit. Tanta deniquè ac tàm celebris fuit regis, populiq́; in fidei rebus promouendis induſtria, vt Cœleſtinus, qui tùm ad Eccleſiæ clauum ſedebat, timens ne humanæ ſalutis hoſtis, qui ſe in Angelum lucis transfigurat, Scotos in animi cultu occupatos, nouæ pietatis ſpecie deciperet, miſit S. Palladium Epiſcopum, qui Pelagianam hæreſin inter Britones pullulantem à Scotorum finibus arceret; atque orthodoxam fidem apud eos paſtorali cura ſartam tectam ſeruaret. In quo omnes ætatis illius Scriptores conſentiunt. Nec diffitetur Buchananus, diligens alioqui fidei antiquæ, & Catholicæ oppugnator Rer: Scot. lib. 5. R. XLII. *Eccleſias adhuc turbabant hæreſis Pelagianæ reliquiæ, ad quas refutandas miſſus erat à Cæleſtino Pontifice Romano, huius Patre Eugenio regnante, Palladius, à quo inſtituti plurimi doctrina & vita ſanctitate clari ſuccreuerunt.* Quoniam ſermonis aut ſcripturæ cum peſſimo hoc monſtro, niſi cum cineribus agere velim, mihi præreptum eſt commercium, liceat hic, bona lectoris cũ venia, à noſtratibus, quærere qui eiuſdem opinionis, vt viro ſuperſtites, ita præter fas & veritatem, propugnatores audire gloriantur; quas nam Eccleſias hæreſis Pelagiana tunc

Cœleſtinus PP. S. Palladium in Scotiam mittit.

Buchan. teſtimonium contra nouatores.

Ad ſectarios.

tem-

temporis turbarit dementia? Apoſtolicæ nimirum Sedi à Chriſto ſubiectas. Quis impia Pelagij dogmata pro hæreſibus damnauit? nonne Romani Pontifices? videantur qui hac de re ſcripſerunt, Hieronymus, Auguſtinus & alij. Quis Scotiæ ne Peſte illa inficeretur ſubuenit? Cœleſtinus Papa. Quis afflictam hodie, atq; hæreſi corruptam ad vitæ tramitem reuocare ſtudet? Vrbanus VIII. Romanæ Sedis Antiſtes. eadèm vtriusq; in terris poteſtas, ad diuinum cultum promouendum par vtriq; ſtudium. vtinam Scotiam, quam ille ab hæreſi immunem ſeruauit, hic vndiquè corruptam, qua eminet pietate, & fortitudine, expurget. Si hæreticus Pelagius vel ipſis reſtibus hæreticis, cur eius inſana deliria ſequuntur huius ſeculi nouatores? aut cum ſequantur, cur hæreſis damnari ſe iniquo ferunt animo? in Pelagio præ alijs nefandæ impietatis ſcitis damnatum fuit, quod infantes, etſi non baptizarentur, vitam æternam habere aſſerere ſit auſus. Quid nouatores? Infantes ſcilicet in fide parentum ſine baptiſmo ſaluari. vtrumq; diuinis literis contrarium, vtrumq; damnandum. Primùm ante mille & ducentos annos reiecere Scoti, ſequuti Romanæ Sedis iudicium. at ſecundum Romana Sede reclamante, & diuinam iram minitante admiſit miſerò hoc æuo noſtro Scotia, nec pudet. Sed vt ad S. Palladium reuertar hic in Scotia Epiſcopos Apoſtolica auctoritate creauit, cui

Cæleſtini cũ Vrbano VIII. comparatio.

S. Palladius Epiſcopos creat

cui tantum detulère nóſtrates, vt poſt habita veteri conſuetudine, qua non niſi ex Culdæis ſumebantur antiſtites, non ſolùm ipſum pro Epiſcopo admiſerint, verum ab illo pariter ordinatos legitimos paſtores agnouerunt, & à Deo datos. S.Seruanum infula donatum Orcadibus inſulis præfecit. Teruanum verò Pictorum Metropolitam conſecrauit. Deniquè vbi ita compoſitas in Albione res vidit vt ſuam, abſquè fidei damno, ferre abſentiam valerent Scoti; In Hiberniam ad fidem illi genti prædicandam traijcere ſtatuit, ſed lethali morbo correptus Forduni ad cœlos migrauit: atq; ibi ſanctiſſimi huius viri reliquiæ magna in veneratione ab omnibus ſemper habitæ, donec væſanus hæreticorum furor in eas, vt in alia omnia, quæ apud noſtrates pro ſacris colebantur, debacchatus eſt. Sanctum Palladium Scoti, quia à Romano Pontifice ad ipſos miſſus fuerat, Apoſtolum ſuum dici voluerunt, eundemq; titulum Sanctis Seruano, & Teruano à Palladio ſacratis, Picti atquè Orcadienſes tribuerunt. Paſtoris ſui mortem æquiore animo tulerunt Scoti, quod plurimi in gente illa ab eo benè pièq; inſtituti remanſerant. Ex quibus S.Patricius, vt veteres ſecutus tradit Baronius, Scotus genere S. Martini Turonenſis Epiſcopi ex ſorore nepos, reſeruatam ſibi à Deo Hibernorum conuerſionem magno animo aggreſſus, petito priùs à Romano Pontifice de more

SS. Seruanus, & Teruanus Epiſco pi.

S. Palladius moritur.

Cur Apoſtolus Scotiæ dictus.

S. Patricius Hiberniæ Apoſt.

Apoſtolatu, plurimis annis ſtrenuè in fide plantanda apud amicam, & vicinam gentem labores impendit, ac Hiberniæ Apoſtolus vocari meruit. Ex eiuſdem D. Palladij ſchola prodijt, vt multis placet, S. Ninianus Candidæ caſæ Epiſcopus. hic memoriæ D. Martini, quo & ipſe auunculo gloriabatur, templum magnificè extructum piè dicauit: Sedem Epiſcopalem in Galdia primus fixit, omnis quidem ſanctitatis, ſed abſtinentiæ potiſsimùm laude celeberrimus: cuius recordatione Scoti triduanum ieiunium ſine vlla refectione celebrare ſoliti erãt. huius ſacrum corpus cui viuo armatæ hoſtium phalanges ſe proſternebant, hæretica rabies conculcauit. Circa hæc tempora floruit Cælius Sedulius rara ſcientiarum omnium cognitione præditus, & eleganti in carmine pangendo indole atq; gloria illuſtris: qui ſub Hedelberto Epiſcopo tùm in Scotia ob doctrinam claro, diuinarum humanarumque literarum fundamenta iecit: Epiſcopo extincto, relicta patria varias regiones diſcendi ſtudio peragrauit, omnem mox operam Eccleſiæ obſequio deuouens, plura cùm ſtricta, tùm ſoluta oratione piè conſcripſit: quem Gelaſius Pontifex ob ſanctiſsima ingenij monumenta venerabilem presbyterum vocauit. Hiſce & ſimilibus pietatis Chriſtianæ ſtudijs, à ſuſcepta primum fide ad ſalutis annum quadrigenteſimum octuageſimum & quod excurrit, ſuos vicinoſque

S. Ninianus Epiſcopus.

Cælius Sedulius.

populos inſtruendi zelo inclyti fuerunt Scotorum Antiſtites.

Ad Ann. D. *Conualli R. pietas.* Regum noſtrorũ hic ex profeſſo meminiſſe nõ ſtatui: niſi ſi quos ſingularis Chriſtiána virtus ſine piaculo præterire non ſinit. Talem Conuallum fuiſſe omnes fatentur, nec fidei hoſtis Buchananus repugnat qui lib. 5. R. XLVII. vocat eum *virum omnium ſeculorum memoria dignum*. Et infra. *Nàm præter æquitatem in iure dicundo, & animum aduerſus auaritiam inuictum, certabat moderatione vita cum monachis, qui ea ætate ſeueriſsima diſciplina vtebantur: ſacerdotes pradijs: alijſquè prouentibus dotauit.* Hic talis tantusq; vir longè ab ea vitæ cultusquè ratione abfuit, quam ſequendam docuit Buchananus. *S. Crucis cultus.* Nàm ſalutiferæ Crucis ſignum in ſublimibus ciuitatum oppidorumquè turribus, paſsim per totum regnum erigi ſtatuique curauit: tanquàm indubitatum victorum gentilitatis errorum teſtimoninm, Chriſtique in Albione triumphantis vexillum. quoties aliquò proficiſcebatur argenteam ſeruatoris Cruci affixi imaginem præferri ſibi volens, equum aſcenſurus eam oſculari, & comitibus adorandam proponere, conſueuit. *Leges Chriſtianæ.* Sacerdotes vt ſuperiores alloquebatur: legesq́; tulit, vt ſi quem eorum quacumque de cauſa quis percuſsiſset, ei manus præcideretur: ſi occidiſſet, publicatis bonis viuus cremaretur. Sacris prohibitos hominum etiàm congreſsibus prohiberi, & petentibus ius negari mandauit, irritumque

ritumque illorum teſtimonium, atquè infame eſſe voluit. In Eccleſia nunquam tecto capite conſpectus: diuinarum rerum miniſtris regia liberalitate prouentus annuos impertitus eſt; nè ob inopiam parùm decorè viuere, & ſacra tractare minore quàm par eſt reuerentia cogerentur. Tanti Regis fama excitus S. Columba, multorum in Hibernia monaſteriorum Pater, in Scotiam cum duodecim ex pijſsimi ſui inſtituti comitibus redijt, & magna alacritate quæ dè abſente audiuerat, coram eſt admiratus. eratq;opinione hominum maius Conualli in omni virtute percolenda ſtudium: quæ res Columbam mouit, vt regiam munificentiam, in conſtruendis ditandisq; monaſterijs, pauperibus alendis, ſuſcipiendis peregrinis, & id genus charitatis operibus, exerceret; nec vlla in re pijs Sancti deſiderijs promptum regis defuit auxilium. Certare diceres, vtrum plura Columba petere, an Conuallus dare poſſet. Clari quoq; erant pietate hoc tempore inter noſtros, Cithacus & Ethernanus Sacerdotes, S. Columbæ patrui ſui monitis & exemplo ad omnem virtutem efformati. Bathenus & Conimus cænobijs præfuere. Domitius, Ruthius, & Fethus, diuini verbi prædicatione illuſtre ſibi nomen pepererunt. in Iona inſula præter alios Scandalaus, Eoglodius, Totaneus, Montefarus, & Galanus, ad omnem opem contra fidei hoſtes popularibus ferendam intenti, tanquàm in ſpecula ex-

S. Columba.

Viri Sancti.

cubabant. Verum hos omnes vt dignitate ſuperauit, ita religione æquauit S. Kintigernus, & parentis ſuæ D. Thametis Lothi regis filiæ meritis, & proprijs virtutibus conſpicuus: Glaſgoenſis Eccleſiæ primus dùm viueret Antiſtes; poſt mortem, ob inſignia ſanctitatis indicia eiuſdem Ciuitatis patronus & tutelaris. Nec reges tantùm, regumq; liberi, Monachi, & Epiſcopi, rara tùm in Scotia pietatis ediderunt exempla; ſed fœminæ quoquè ad veram gloriam excitatæ ſexum ſuum miris virtutibus exornarunt: vt non ſola Syria, Ægyptus, aliæq; Orientis regiones Theclas ſuas, Marias, & Syncleticas, & id genus vſquè ad miraculum ſanctitate, & vita ſupra ſexum illuſtres mulieres; Sed etiã Scotia boreo ſub ſydere ſuas Brigidas proferret. D. Brigida quatuordecim tantùm annorum virgo diuini ſpiritus aura afflata, nobilem parentum domum cùm ſolitudine commutauit: quo cum ad eam plurimæ ex diuerſis regni partibus eiuſdem vitæ ſocietatem inituræ virgines confluerẽt, in Monam inſulam ad Sodoranenſem antiſtitem traiecit: ab illo, conſacrata Deo, tunica alba induta fuit, & ſcortea zona intercincta: capitis tegumentum ex lino candido à ceruice ad humeros deiectum. Sed priuſquàm ſacra velamina aſſumeret Brigida, comam ſibi præſcindi voluit: quia tùm demum mundum ponere dicebãtur virgines, cùm comam ponerent: in qua totius mundi muliebris ornatus locari creditur,

S. Kintigernus Epiſcopus.

D. Brigida.

tur: vt pulcherrimè more ſuo docet D. Athanaſius in vita S. Syncleticæ: quæ propediem fauente numine in lucem dabitur. Coeleſtem hanc viuendi normam plurimæ ſubinde virgines in Scotia ſequutæ ſunt: quæ licet ſub diuerſis Monaſticæ diſciplinæ regulis Diuarum ſcilicet, Monicæ, Claræ, Scholaſticæ, atque aliarum ſanctitatis gloria inſignium mulierum vixerint, Brigidam ſemper in omni vita, vt integritatis ſpeculum perfectiſsimum, ſibi propoſuerunt imitandam. Facta autem tàm celebris huius virginis ad poſteros memoria eſt, vt nullam ſecundùm Deiperam pari deuotione Scoti ſint venerati. Sacrum corpus Abrenethi in templo ornatiſsimo eius nomini dicato ſepultum fuit: ad quod Canonici, & Presbyteri Deo laudes canere aſſueti, hæreticorum armis nuper expulſi ſunt. quos cur ſacrilegos non vocemus nihil cauſæ video, vel Buchanano iudice, cui veritas hãc de Donaldo Inſulano, qui flammas ædi ad Blarum eidem virgini ſacræ impiè ſubiecit, vocem violatæ religionis teſtem expreſsit, lib. 12. R C I I II. *ea ædes quamquàm in illis locis magna ceremonia veneraretur, & ad eum diem inuiolata manſiſſet, ob ſanctitatis eximiæ famam: plus tamen valuit apud animum immanem præda, quam religio:* addit deinde pœnas Donaldo, & comitibus inflictas, quas manifeſta numinis ira eueniſſe fatetur: *Dux verò Donaldus, animum quamlibet immanem ſubeunte ſcelerum conſcientia, & ſpretæ religionis memoria, ex eo die*

Donaldi impietas.

parùm

parùm compos fuiſſe mentis dicitur: narrat etiam Diuam à ſacrilegis propitiatam piaculis, & muneribus. Laudat nihilominùs ſui temporis nouatores, qui plura quàm decem templorum millia vertente anno nō tantùm ſpoliarunt, ſed etiam diruerunt. Verū huic ſcriptori alioquin erudito contigit, quod pleriſque omnibus eius farinæ hominibus euenire ſolet: vt nimirùm ſuæ ætatis res geſtas, aut inani adulatione corrumperet, aut bonorum odio atque inuidia, mendacijs omnia oblíniret: Præteritorum verò ſeculorum hiſtorias, vt à maioribus narratæ ſunt, fidelius redderet. Sanctos Colmanum, Priſcum, Medanum, Modanum claros vera pietate, & conſtāti Chriſti confeſſione Epiſcopos, commendat: præter egregia merita, Sancti VVinfredi regis filij non vulgaris educatio: quem philoſophia cum ſacra, tùm profana altè adeò imbuerunt: vt is relicta Scotia, vbi regali ſtemmati maior honos tribuebatur quàm animi ipſius patiebatur moderatio, peregrè ad Euangelium propagandum ſit profectus. Varias in ea peregrinatione regiones obiuit: multos, & voce & ſcriptis ad meliorem frugem reuocauit: tandē Deo charus, & maturus cælo, ad Rhenum diem clauſit extremum: eius corpus Angiæ in Sekcenſi Monaſterio ante aram religiosè ſeruatur.

Epiſcopi pietate clari.

S. VVinfredus.

Giberinus Epiſcopus

Giberinus quoque eodem tempore cum omnibus ſanguine aut affinitate aliqua ſibi coniunctis, Rhemos petens, eius Ciuitatis Epiſcopus, ob vitæ in-

tegritatem eligitur.qui poſt mortem ita miraculis claruit, vt nulli dubium ſit probatam acceptamq; ſupremo paſtori viri illius operâ in eo munere fuiſſe.nec iam anguſtis, vt prius, Britannicarum inſularum limitibus concludi poterat ardens Scotorum pietas: quæ Germania, Gallia, atquè alijs regionibus peragratis, non alibi,quàm in coeleſti beatorum domicilio quieſcere potuit. Aidanum regem, & Deo gratum, & populo charum effecit ſedula D. Columbæ in eo inſtruendo diligentia. Iuſtitiæ leges multas ſanxit, & exactè coluit: eaſdemque per vniuerſam Scotiam obſeruari curauit: conſtitutis iuri dicundo tribus in regni prouincijs, Galloui-dia, Loqhuabria,& Cathaneſia, tribunalibus.Tantus porrò fuit principis huius in S.Columbam affectus, vt accepto de felici eius tranſitu nuncio, ad meliorem etiam vitam, dolore magis quàm morbo correptus, rarò reciproci amoris exemplo, migrauerit.Conuallanus verò Monachorum,qui in Iona inſula ſuæ,ac proximorum ſaluti piè ſtudebant,Abbas,tantùm luminis ab eo qui cunctos ſplendoris ſui radijs illuſtrat, ob morum innocentiam hauſit: vt futura prædicere, & latentia cordium arcana detegere meruerit. Quæ de S. Baldredo Pictorum Doctore vnanimi conſenſu hiſtorici noſtrates tradunt, non vulgarem ipſius ſanctitatem arguunt. Nàm cum defuncti corpus efferri deberet, orta eſt inter Aldamenſes, Tinniganenſes, & Præſtonenſes

Aidanus R. pius & iuſtus.

Conuallanus prophetia clarus.

Miraculum S. Baldredi.

ſes de funeris iure contentio, ſingulis eum honorem ſibi deberi aſſerentibus. Neq; res procùl ab iniuria fuiſſet, niſi pacis auctor Deus, mirando planè conſilio, piam litem diremiſſet. Cuncti ſiquidem in vota & preces effuſi noctem, quæ funus præceſsit, inſomnem traduxere, facturi poſtridiè, quod loci Antiſtes imperaſſet. Sed potens Chriſti dextera Epiſcopi ſententiam præuenit. Mirum dictu. dum ſub creperam lucem pij ſacerdotes ſacrum pignus inuiſunt, ecce tres capſulas cum tribus corporibus, nec magnitudine, nec colore, nec vllo alio indicio diſsimiles, omnium in conſpectu comparent. Habitæ pro tàm inſigni munere Deo grates. lætis deinde hominum acclamationibus, ſinguli populi corpora ſingula, in ſuas quæquè Eccleſias extulerunt. atq, vt tantæ rei fides ad poſteros manaret, tribus in Eccleſijs S. Baldredi reliquias pari honore & cultu, ad hæreſis vſq; tempora, Scoti venerati ſunt.

B. Droſtanus. Droſtanum Aidani Regis auunculum clarioremfecit vitæ profeſsio: quiquum omnibus regni delicijs frui poſſet, monaſterij ſe anguſtijs, & cuſtodiæ ſpontè mancipauit. *S. Conuallus.* Conuallus verò D. Kintigerni alumnus, non indignus tanto magiſtro diſcipulus, florentem tunc temporis Scotorum Eccleſiam, morum integritate, & diuinà ſermonis facundia, plurimum ornauit. Hos, & multo plures, quos ego, nè longior ſim, libens prætereo, vitæ ſanctitate & miraculorum gloria celebres ante ſalutis annum

ſex-

ſexcenteſimum produxit Scotia: qui non modò gentem ſuam in officio erga Deum, & Eccleſiam continuerunt; ſed exteris etiàm populis Chriſti Euangelium cõtentione magnâ, nec minore cum fructu, prædicarunt.

Ad Ann. D C. *D. Gregorius in Angliã mittit Auguſtinum, et Mellitũ.*

Deuoluto ſub hæc tempora ad Anglos Britonũ imperio D. Gregorius, cognomento Magnus, Romanus Põtifex Saxonicæ gentis iam tùm in inſulam inuectæ, quod idolis ſeruiret, paterna commiſeratione ductus, & paſtorali affectu laturus auxilium; miſit in Britanniam Dei ſeruos, ex S. Benedicti familia, Auguſtinum, & Mellitum. atq; hi optima nouæ Anglorum gẽtis conuerſioni principia dederũt, vt fusè ſcribit Venerabilis Beda: quem, quia omnium manibus teritur, exſcribere non eſt animus. Hoc ſolùm oſtendam quam ſedulam operam procurãdæ gentis illius ſaluti nauarint Scoti. Nec mihi vllus ſuccenſeat, ſi quos apud hunc Auctorem alioſuè Scotos nuncupatos reperio, in hac mea de Scotorũ religione diſſertatiuncula, Scotos dixero; atq; ſi quis, qui Scoti ſunt, velit Anglos aut Hibernos interpretari, nolo ego cum eo contentionis funem ducere: tantò enim cumulatior, & illuſtrior erit gẽtis noſtræ laus, quantò ſunt plures & acriores, qui Scotorum virtutes admirati, Scotos ſibi ciues adoptant, aut ambitioſo certamine vindicant. In propagatoribus igitur fidei fuit eo ſeculo celeberrimus S. Columbanus, qui poſt quàm no-

SS. Columbanus, Gallus et Gaudentius.

E bile

bile monaſterium in Hibernia extruxiſſet, fundaſſetq́;ad Candidam Caſam Eccleſiam,Pictos Montanos ad fidem conuertit. Inde cum SS. Gallo, & Gaudentio mare traijciens, illum in Germania, hunc in Rhætia ad religionem illis in locis promouendam, reliquit; ipſe verò in Italiam profectus Bobienſe monaſterium à fundamentis erectum, vita inibi magna ſanctitatis opinione tranſacta, ſepultura ſua nobilitauit (quod verius eſſe credo quàm in Britannia mortuum,vt ſcribit Beda) nàm ad Mariani Scoti autoritatem,accedit concors Italorum in hanc ſententiam ſuffragium, & inueterata opinio. Doganus Epiſcopus ſanctitate quidem clarus; ſed antiquorum rituum adeò tenax, vt à Beda, & alijs reprehendi meruerit. Verùm quamuis nonnulli inter noſtrates doctrina, & pietate nobiles, apud multos ſcriptores, erroris de Paſchate celebrando notati ſint, hoc tamen peccatum aliqua parte deterſerunt, inſigni & memorabili conſtantia, non ſecedendi ab Eccleſiæ Romanæ vnione. Sanior interim optimaquè Scotorum pars, ipſam Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem intactam ſemper obſeruauit:Beda teſte lib. 3. cap. 26. de Tuda: *qui erat apud Scotos auſtrinos eruditus, atquè ordinatus Epiſcopus, habens iuxta morem prouinciæ illius coronam tonſuræ Eccleſiaſticæ, & Catholicam temporis Paſcalis regulam obſeruans*. Nec alterius quam eiuſdem venerabilis viri autoritate, ad cæterorum, qui in Paſchatis

Bobien. Monaſterium fundat.

Doganus Antiſtes errat in Paſchatis celebratione.

Maxima Scot. pars Paſcha Catholico ritu celebrat.

ſchatis

ſchatis celebratione errabant, culpam, ſi non excuſandam, ſaltem extenuandam, vtar. lib. enim 3. cap. 4. *ad verum canonicumquè diem tranſlati, quem tamen, & anteà non ſemper in luna quartadecima cum Iudæis, vt quidam rebantur, ſed in die quidem dominica, alia tamen, quam decebat, hebdomada celebrarant. Sciebant enim vt Chriſtiani reſurrectionem Dominicam, quæ prima ſabbati facta eſt, prima ſabbati ſemper eſſe celebrandam, ſed quando eadem prima ſabbati, quæ nunc dominica dies cognominatur, veniret, minimè didicerant. Verùm quia gratia charitatis feruere non amiſerant, huius quoq; notitiam ad perfectum percipere meruerunt.* Error igitur hic inſcitiæ, non malitiæ tribuendus: quod cum optimè intelligeret Romanus Pōtifex, ad eos tanquàm filios, & fratres corrigendos ſcripſit. Epiſtolarum ad Scotos ab Honorio, & Ioanne Pontificibus ſcriptarum meminit Beda lib. 2. cap. 19. ſubiungitquè poſterioris epiſtolæ initium. *Dilectiſsimis, & Sanctiſsimis Thomiano, Columbano, Cromano, Dimano, & Barthana Epiſcopis: Chromano, Hermanoq; Lauſtrano, Stellano, & Segiano Presbyteris, Sarano cæteriſquè Doctoribus, ſeù Abbatibus Scotis &c.* & lib. 2. cap. 14. extat epiſtola à Mellito & Iuſto Epiſcopis ad Scotos ſcripta. *Dominis chariſsimis fratribus Epiſcopis, vel Abbatibus per vniuerſam Scotiam, Mellitus, & Iuſtus &c.* Ex quibus facilè eſt videre, Scotos ab Eccleſiæ Romanæ vnione non fuiſſe ſeparatos. Sed de his ſatis. Venio ad ea quæ in Anglis ad veram fidem conuertendis egere Scoti. Oſualdus qui decem, & octo

Scotor. error de Paſchatis tēpore.

Honorius & Ioānes PP ad Scotos ſcribunt.

Melliti, & Iuſti epiſt. ad eoſdem

Oſualdus Angl. R. à Scotis Epiſcopū petit.

 totos

totos annos apud Scotos exulauerat, eorundem opera factus Anglorum Rex, *Miſit ad maiores natu Scotorum petens vt ſibi mitteretur antiſtes, cuius doctrina, & miniſterio gens quam regebat Anglorum, dominicæ fidei, & dona diſceret, & ſuſciperet ſacramenta: neque aliquanto tardiùs quàm petijt impetrauit: accepit namq; Pontificem Aidanum ſummæ manſuetudinis, & pietatis, ac moderaminis virum, habentemq; zelum Dei.* Hæc Beda, lib. 3. cap. 4. & paucis interiectis. *imbuebantur præceptoribus Scotis paruuli Anglorum cum maioribus ſtudijs, & obſeruatione diſciplinæ regularis.*

Aidanus Anglorũ Epiſcopus Aidanus verò, cuius res geſtas fusè deſcribit Beda, Epiſcopatũ in Anglorum prouincia fundauit, cui ipſe decem, & ſeptem annis præfuit. huic ſucceſſit Finnanus, Finnano Colmanus pariter Scoti; hic relicto Epiſcopatu poſtquàm vniuerſam Europam peragraſſet, per Auſtriam rediens à fidei hoſtibus martyrio coronatus fuit. *Finnanus, & Colmanus Epiſcopi.* Cæterum in Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglorum tanta, taliaquè de Scotorum pietate perhibẽtur, qualia de ſuis prædicare vetat noſtrorum modeſtia. De Monachis, qui Huenſem inſulam incolebãt egregia habes, non vno loco, apud Bedã encomia, qui lib. 5. cap. 16. S. Adamannum eorũde Monachorũ præſulem ob vitæ, morumq; integritatem plurimum commendat, cuius *S. Adamãnus.* auctoritate factum ait, vt plurimæ per Britanniam, & Hiberniam Eccleſiæ ad Catholicam in Paſchatis obſeruatione vnitatem redierint. Scripſit etiam de locis ſanctis librum, quem Beda dixit legentibus

vtiliſ-

vtiliſsimum, & ipſe in compendium contraxit. Sed inaudiui integrũ in Germania nuper editum Adamannum. cætera quæ de Scotis apud Venerabilem hiſtoricum ſcripta ſunt attexere nolo: cum auctor dignisſimus ſit, qui ab omnibus legatur: nec ego me libenter diffundo. Incidit in hæc tempora S. Bonifacij Itali in Scotiam aduentus, qui, quòd à Romana Sede ad noſtros miſſus eſſet, à populo creditus eſt Papa. Hic, Pelagianam hæreſim à Britonibus quibuſdam in Scotiam inuectam, penitùs deleuit. ac aſſumpto ſibi S. Moloco itinerum comite, multas regni prouincias, docendo incolas quæ ad ſalutem conducebant, obiuit: tandem in Roſmarcheo vico vnà cũ ſocio animam Creatori reddidit: vtrumque Scoti magna vẽneratione cõluerunt. Vt Italus Scotiam, ſic Scotus Galliam præclaris virtutibus, eodem ferè tempore, illuſtrauit. Is fuit S. Fiacrius Eugenij regis filius, clarum etiam hac noſtra ætate apud Gallos nomen: qui ſpretis paterni ſolij delicijs, ac poſt habita regni ſpe, patriam egenus propter Chriſtum deſeruit: & locum ſolitarium, in quo lateret, Sancti Pharaonis Meldenſium tùm Epiſcopi liberalitate nactus eſt. Sed amplitudinẽ rerum à Sãcto Fiacrio geſtarũ humaniſsima, & religioſiſsima Gallia, in hodiernum vſq; diẽ prædicat, vt præconio ſuo ſtilũ meum hac in parte minus neceſſarium rediderit. ad ſanctam Syram me conuerto, eiuſdem regis Euge-

S. Bonifacius.

S. Molocus.

S. Fiacrius Eugenij R. filius.

S. Syra.

nij

nij filiam vnicam, fraternæ pietatis æmulam: quæ cum lectiſsimo Sanctarum virginum comitatu ad Fiacrium in ſolitudine Meldenſi tunc degentem venit, à quo in propoſito corroborata in Cāpaniam Galliæ ſe conferens, magna ibi, vt ſanctitate vixit, ità poſt obitum ab omnibus piè culta eſt. Sanctos hos Conanus Sodorenſis Epiſcopus, vel hoc ſolum nomine celebrandus, literis, ac virtutibus inſtituiſſe traditur. Celebrabatur iam multos annos, per vniuerſam Eccleſiam, communi Chriſtianorum bono recepta S. Benedicti regula, quæ Scotiæ quoq; cæpit allubeſcere, & probari: nec quidquā antiquius habuerunt noſtrates, quàm vt Monachi Culdæi (quibus ante id tempus ſola Euangelij Dominici præcepta pro vitæ morumq; regula fuerūt) concinnatam illam ex diuinæ legis præſcripto, digeſtamq; monaſticæ conuerſationis formam amplexarentur. Clarus in nouo hoc Deo militandi genere fuit Seginius presbyter, Helluenſis Monaſterij Abbas, & Diſibodius, qui abdicato Epiſcopatu, adſcitisquè aliquot ad verbum Dei prædicandum ſocijs in Germaniam demigrans, ſtrenuè, diùq; in populis illis ad meliorem frugem reuocandis, laborauit; ac tandem quieti locum, in Fuldenſi Monaſterio, elegit: vbi venerabilia eius oſſa conduntur. S. Romanum præsbyterum hoc maximè nomine commendauit antiquitas, quod ad Romanæ Eccleſiæ ſanctiones, ritusq; exactè obſer-

Conanus Epiſcop.

S. Benedicti ordo.

Seginius, et Diſibodius.

S. Romanus.

obſeruandos, ſuos adhortãdo & cõfirmando multum, nec fruſtrà ſudauerit. Beatum Florentium nobilem inter noſtrates, parentum conditio, nobiliorem verò inter exteras gentes, raræ virtutes fecere. hic in Alſatiam profectus multa in vaſtis deſertisq; ſyluis idola proſtrauit ; ſtatutoq; illorum in locum Crucis vexillo, plurimos à vana ſuperſtitione traduxit : tùm Monaſterium non procul à Bruſchio flumine, ad Scotos, eò confluentes, excipiendos condidit : in quo dum laborum ſuorum finem quæreret, ab Argentinenſibus ad Epiſcopatum euocatus, illam ſedem egregiè diuque rexit. Multùm ad augendum inter Scotos diuinum cultum Eugenij ſeptimi regis pietas valuit, qui vt Buchananus lib. 5. R. L IX. *religionis in primis curam habuit*. Sed quia impoſtor ille, cuius religionis rex curam habuerit, malignè præterit: ego quæ in veris hiſtoriarum noſtrarum monumentis ſumma fide narrantur, non minore exſcripta paucis ſubiungam Antiſtites ac Sacerdotes magna in veneratione habitos, nè cuiuſpiam rei premerentur inopia, prædijs, agriſquè ditauit. Diuorum templa, & altaria neglecta, aut vetuſtate collapſa erigi, ac decori priſtino reſtitui curauit. Sanctorum corpora ſacris in locis reponi, ac eorum res geſtas in tabulis publicis deſcribi iuſsit. Viros doctrina, & virtute præditos ad maiorum annales colligendos, & edendos magnis

S. Florentius.

Eugenius ſeptimus R.

gnis

gnis ſumptibus in Iona inſula, alijsq; regni prouincijs aluit.

Ad Ann. DCC. Eugenio *ſucceſsit Mordocus, nec in pace modo colenda, ſed monaſterijs etiam iuuandis, Eugenij æmulus: Candida Caſa Cænobium dirutum reſtituit*: hæc Buchananus R. LX. me interim vocat, Doneualdus vir nobilis, & diues,

Mordocus R.

Doneualdus, & 9. filiæ. qui cum nouem filiabus non procul ab Alecto Oppido, quod Deidunum Scoti nunc vocant, in ſolitudinem Ogiluiæ ſecedens, in orationibus & ieiunijs vitam Deo gratam egit. Mortuo autem patre Garnardus Pictorum Rex virginibus, nè alienæ violentiæ, aut libidini eorum pudor expoſitus eſſet, ædes Aberthi extruxit, ac dotauit. De Sancto Bonifacio primo Moguntiacæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, Germanorum Apoſtolo, & Romanæ Sedis per Gallias legato ſcribendi laudem innumeri ſcriptores mihi præripuerunt; vt inutilis videri poſsit omnis deinceps vberior hac de re labor.

S. Bonifacius.

Madulphi eruditio. Madulphum clarum in Britannia fecit non vulgaris eruditio; nàm ad Latini Græciq; ſermonis notitiam, diuinarum literarum quas apprimè callebat, adiecit peritiam: & nè ſibi tantùm ſcieret, varias ſuſcepit peregrinationes, tandem in Anglia ad Malmisburienſem Ciuitatem nobilis Monaſterij conditor fuit; ex quo non pœnitendus virorum doctrina, & virtute conſpicuorum prodijt numerus.

SS. Kilianus Colonatus, & Tholuanus. S. Kilianus poſtquam vtilem inter ſuos annis aliquot prædicando, locaſſet operam,

Co-

Colonatum, & Tholuanum Monachos, & laborum comites; monuit, vt relicta Scotia in Franciam orientalem ſecum tranſirent: nec illi ad hoc opus ſegniores, quàm ad priora fuerunt. Fortitèr itaquè ſuſcepto confectoquè itinere, ſtrenuum ſuperſtitioſis idolorum cultoribus bellum indixerunt; nec priùs ab incepto deſtitere, quàm defixa vbiq; Cruce, Herbipoli martyrij palma ſunt coronati, vbi S. Kiliani (qui prouinciæ illius tutelaris, & Apoſtolus habetur) ſacrum corpus magno cultu ſeruatur. Habentq; Scoti ob tanti viri memoriam in eadem Ciuitate monaſterium. cuius loci patres vitam, ſalutemq; & monaſterij felicitatem meritò ſe debere fatentur Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Principis Adolphi eiuſdem Ciuitatis præſulis digniſsimi, charitatis & humanitatis officijs, quæ perenni fluxu in religioſos peregrinæ gentis, hoſpites & clientes ſuos liberaliter erogat, deriuat, profundit. Artuillium, & Sedulium Iuniorem præclara vtriuſque ſcripta loquuntur. De S. Virone legimus, quod Pipino regi à ſacris confeſsionibus fuerit, & quod Epiſcopatum vſque recuſauerit, donec à Romano Pontifice, nè paſcendarum animarum labores defugeret, moneretur. à multis multa de ſancto hoc auditu mira ſcribuntur; Sed ego antiqui apud Surium ſcriptoris verbis contentus ero. *Scotia fertilis Sanctorum virorum inſula, & ſtellarum numerum propè æquans patrocinio ſanctorum virorum produ-*

Scot. Herbipoli Monaſterium habent

Artuillius et Sedulius iunior.

S. Viro.

Patto Abbas.

produxit Sanctum Virorem. Patto Amarbarienſis Abbas in Saxonia contra impietatẽ fortitèr pugnauit, hoc nomine Carolo Magno fidei defenſori vigilãtiſſimo charus in paucis, ab eodẽ Verdenſis Eccleſiæ moderationi admotus eſt. Iiſdem temporibus

S. Macarius Epiſco. Aberdon.

Scotia Sanctum Macarium Epiſcopum, Aberdonenſis Ciuitatis tutelarem, produxit; Diuinicum quoq; Archidiaconum, Coganum, & Donſtanum Abbates. Verum me; Achaij Regis inſignis me-

Caroli M. cum Achaio R. Fœdus.

moria, ictumq; inter Gallos, & Scotos fœdus, ad Caroli Imperatoris nunquàm non celebrandam virtutem inuitat. Carolus cum plurima, tàm de inſigni Scotorum pietate, quàm de militari gloria inaudiſset; non dubitauit, illorum quos Oceanus, & interiecta Anglia à reliquo orbe quam longiſsimè remouiſset, Societatem, miſſa vltro ad Achaium Regem legatione, petere.

Fœderis cauſa.

Fœderis hæc cauſa fuit; pugnante contra Saracenos Chriſtiani nominis hoſtes Carolo, Anglo-Saxones, qui relegatis in Cornuualliam Britonibus, illorum prouinciam armis occupauerant, Gallicum mare infeſtare, ac in continentem nonnunquam, qua anguſtiſsimum eſt inter Iccium, & Dorobernium fretum, populabundi traijcere auſi, pium imperatorem à longinquis bellis, ad Galliam ab iniurijs defendendam, non ſine magno Chriſtianæ fidei damno reuocabant. Carolus itaq;, cum ægrè ferret tot ſibi victorias, ac rei benè gerendæ occaſiones, eorum,

qui Chriſto nomen dederant, infeſtationibus eripi; ſtatuit cum Scotis, quos non minùs in fide conſtantes, quàm in armis ſtrenuos ſciebat, Fœdus perpetuum inire. Quo nullum ſanctius, antiquiuſue vllæ gentes coluerunt. nec ab illo tempore, vnquam Galliam armis impunè laceſsiuere Anglo-Saxones. atq; tùm primùm gentilitia Scotorum inſignia duplici liliorum ordine circundata, & corona, quæ ad ea tempora valli militaris ſpecimen præferebat, in regij diadematis formam effigiata, & quatuor ex auro crucibus, totidemq; lilijs paribus interuallis affabrè compoſitis ornata fuit. Nec contentus Achaius Caroli Magni latus ab hoſtium incurſibus protexiſſe, miſit inſuper Gulielmum fratrem ſpectatæ fortitudinis virum, cùm quatuor Scotorũ millibus, qui Imperatorem quocumq; duceret ſequeretur. Hunc Carolus in magnis ſæpe diſcriminibus comitem habuit, multa præclara bella Scotus, ſed Franci auſpicijs, abſens geſsit; multaſq; retulit victorias, quas virtuti tanti Principis, non ſuis tribuebat meritis Gulielmi modeſtia. hinc charus adeò Carolo fuit vt illum nullus apud imperatorem, aut honore, aut diuitijs antecelleret. Huius rei non exigua argumenta, quod in Italica expeditione, dum Carolus Leonem III. Sacrilega Romanorum iniuria pulſum in ſedem pontificiam reſtituit, Gulielmo nobiliſſimæ Florentiæ Barbarorum armis miſerè vaſtatæ

Gulielmus Achaij R. frater.

Florentia à Gulielmo reſtaurata.

reparationem commiſerit. Hæc ab omni retro memoria humaniſsimorum virorum, atq; diuinis planè ingenijs illuſtrium parens, ſingulari omninò grati animi recordatione Leonem rubrum Scoticæ gentis ſtemma, nō minùs quàm Lilium Francicum in honore, & delicijs habet: cuius decora maieſtatemq; ad miraculum pene præterita, atq; hac ipſa noſtra ætate adauxerunt Mediceæ gentis globi, quibus ſplendor, & ſecuritas nobiliſsimæ Vrbi parta eſt: hanc Italiæ delicium, & Principum flos Ferdinandus Secundus, ijs virtutibus, ad quas in ſumma dignitate conſtituti homines raro aſpirant, non minus quam Regio, Cæſareoq; ſanguine inclitus perpetuam, æternamq; faciet. nec poſteris vlla de Florentiæ euerſione controuerſia erit regnantibus illis vere magnis Hetruriæ Ducibus, qui Barbaros Chriſtianæ fidei hoſtes in remotiſsimis regionibus quærere, ac debellare, detractaq; impietati ſpolia religioſis manibus exercituum Dei altaribus appendere ſoliti, formidoloſum, ac terribile Mahometicæ perfidiæ Thuſcum nomen effecere. Militibus deinde Scotis, aut morbo, aut ingraueſcente ætate ad reditum minus idoneis, opima per Italiam prædia fuerunt attributa. Florentiæ multis annis clari fuere Barones, Sauonæ Riarij: Bononiæ & Senis Mariſcotti: Placentiæ Scoti: Mantuæ Scotia: atq; hi omnes originem ſuam modo à Scotis repetunt, quam ad Caroli

Globi Medicei.

Ferdinandus II. Magnus Hetrur. Dux.

Hetruriæ Ducũ contra Barbaros virtus

Familiæ Scot. in Italia.

roli Magni tempora omnes Italicarum rerum ſcriptores referunt. Paparones quoque & Cantelmi, nobilia per Italiam nomina Scotici ſãguinis ſunt. Sed ego ad Gulielmum redeo, qui poſtquàm in caſtris Domini exercituum iam propè conſenuiſſet coniugij expers, cum nullam videret virtutis in bello pro Chriſto exercendæ reliquam eſſe materiam, hæredem eum elegit, cuius amore,& gloriæ proferendæ ſtudio, hæredes procreare neglexerat; atque fundatis in Italia, & Germania pluribus, ad Dei famulos ex Scotia recipiendos,cænobijs, ea prædijs & agris ad ſumptus opime dotauit. Tantæ magnificentiæ reliquias noſtrates in Germania vix tria habent Monaſteria, reliqua quindecim, aut ab hæreticis impiè vaſtata, aut à Germanis,neſcio quo iure,poſſeſſa detinentur. Venerant vnà cum Gulielmo ex Scotia togati inſignes quatuor viri,prudentia atq; omnium ſcientiarum cognitione celebres: Rabanus, & Alcuinus, qui legatione peracta in patriam rediere: Ioannes, & Clemẽs, quos Carolus duabus ſe ànuper fundatis academijs præfecit,illum Ticinenſi, hunc Pariſienſi. Duo itaque illa celeberrima ſcientiarum emporia Scotorum ope & vigilijs ad eam gloriam ſunt euecta, quam orbis terrarum fatetur maximam. Nàm poſt Clementem Rabanus philoſophia, Rhetorica, Aſtrologia, & Theologia inſtructiſsimus, in Galliam reuerſus, omnes ingenij ſui

Gulielmus celebs monaſteria Scotis fundat.

Rabanus, Alcuinus Ioannes, & Clemens.

neruos

nervos in Pariſienſi academia exornāda impendit: ac vbi eam ſcholam Doctoribus, omniq; literarum ſupellectile inſtruxiſſet, in Germaniam tranſiens, Fuldenſis Monaſterij ſtatim Abbas primum tirocinium in S. Benedicti regula exercuit, Moguntinenſis deinde Eccleſiæ Archiepiſcopus creatus, in eo munere piè fungendo reliquum vitæ conſumpſit. Tanco quoq; ex eiuſdem D. Benedicti familia, ad Saxones conuertendos diuino zelo inflammatus ad Amarbaricenſe Monaſterium profectus, ſumma fratrum voluntate eidem præponitur; mox Patone Epiſcopo vita functo, Verdenſem Eccleſiam moderandam ſuſcepit. Sed dum gregis ſui vitia ardore paſtorali inſequeretur, ab ijs quibus vitam dare cupiebat, morte fuit affectus. vtriuſq; Diuorum in numerum relati meminit ſua in hiſtoria Crantzius.

Fulden. Monaſt.

Tanco Epiſcopus.

Ad Ann. DCCC. Kennetus R.

Eiuſdem Eccleſiæ, & martyrij hæredes venere ex Scotia, licet diuerſo tempore, Kortilla, & Harrucus. Floruitq; inter ſuos Kennethus Rex tum pietate tum iuſtitia inſignis; hic Eccleſias multis donarijs, & reditibus ornauit. Leges inſuper condidit quarum aliquas non alio fine hic attexere placuit, quam vt degenerem noſtratium modo hæreticorum, qui vt tàm ſanctarum legum, ita & totius iuris antiqui contemptores in præſentia viuunt, ab auita pietate defectionem coarguam, & ſi fieri poſſit, ò vtinam poſſet, ſemiſopitos animos

eorum

eorum aliqua ratione excitare, ac commouere valeam. Poſt varias itaquè ad ciuilem regni ſtatum pertinentes has ſubiungit. Aras, templa Diuorum, ſtatuas, oratoria, ſacella, ſacerdotes, omnesq; ſacræ familiæ viros ex animo venerator. Feſtos & ſolemnes dies, ieiunia, & vigilias, & omnifarias ceremonias, quas Chriſto regi, & ſacratiſsimæ eius militiæ decreuit humana pietas, multo honore obſeruato.

Kennethi R. piæ leges.

Lædere Chriſti ſacerdotem dicto factoue, exitiale ſit.

Agrum, quo quis fortè occiſus ſepultus fuerit, ſeptennium incultum relinquito.

Sepulchrum omne ſacrum habeto, idquè Crucis ſigno ornato, quod ne pede aliquando conculces, caueto.

Defuncti funus habita facultatum ratione curato.

Inſignis viri aut qui de Republica optimè fuerit meritus, celebri, lugubri tamen pompa funus efferto.

Harum legum edendarum autores Regi, vt opinio eſt, fuere Geruadius, & Glacianus Epiſcopi, quos in hæc tempora annales noſtri conferunt: vterque non pietate modo, ſed rerum quoquè ſcientia probatus. horum optima conſilia adiuuere Modanus, & Medanus ſanguine, & Monaſtica profeſſione fratres. Iniquior videar, ſi dum alios

Geruadius, & Glacianus Epiſcopi.

recen-

Adrianus & Stolbrandus cum ſocijs mart. recenſeo, Adrianum & Stolbrandum Epiſcopos egregiosq; Chriſti martyres ſilentio præterirem; qui vnà cum Caio Archidiacono, alijsq́ multis, quorum nomina in libro vitæ ſcripta ſunt, à Danis Ethnicis (qui tum Britanniam inuaſerant tanta feritate, vt nec ætati, nec ſexui parcerent) in Maia inſula ad fauces Forthæ freti ſita, ob conſtantiam in profitenda fide Chriſtiana interempti, martyrij gloria coronati ſunt. *Donaldus VI. R.* Habuit præter laudatos Scotia hac ætate Donaldum VI. non minus Chriſtianis virtutibus, quàm regali faſtigio celebrem. Hic legem in blaſphemos ſanxit tanto principe non indignam: vt nimirum ſi quis diuinum nomen iure iurando violaſſet, ei labrum candenti ferro inureretur. *Ioannes Scotus.* Regnante Donaldo Ioannes Scotus, ſecretioris Græcæ linguæ ſcientia accenſus, Athenas ſe contulit: atq; inde poſt aliquot annos à Ludouico Imperatore in Galliam vocatus, adeò ei charus extitit, vt menſæ regiæ adhiberetur: quem cum Imperator inter fercula vrbanè interrogaſſet, quid inter Scotum, & Sotum, quod Gallicè ſtultum ſignificat, intereſſet, ille menſam reſpondit; placuitq́; in primis Ludouico lepidum, ac liberum viri ingeniũ; Imperatoris rogatu tranſtulit primus in latinum opera Dionyſij Areopagitæ, extatq́; hodie eius trãſlatio. Miſſus poſtea fuit à Carolo Tertio in Angliam, ad pacem inter Anglos, Francosq; componendam. Alu-

redus

redus, is tùm Anglis imperabat, vt legatum eximijs honoribus ornauit: peractà legatione in Angliam magna humanitate reuocauit, vbi dum corruptos adoleſcentes ad meliorem frugem ſtuderet moue-re: ab improbis, qui eo viuo iniectum licentiæ ſuæ frænum calumniabantur; in Malmesburienſi Mo-naſterio, ſtilis cerographijs confoſſus, interijt. Hunc Pontifex, rem vrgente Aluredo, martyrum albo aſcribi juſsit. Aluredus ſplendido tumulo in eodem quo occiſus fuit Monaſterio honeſtauit de-functi reliquias. memorandum hoc ſeculum apud Scotos reddidit cruenta Pictorum euerſio, quorum regnum, à celebratis Kennetho & Donaldo regi-bus, non pietate quam fortitudine illuſtrioribus; funditus euerſum fuit, anno centeſimo ſupra mil-leſimum, poſtea quam Sedes nomenq; in Albione habere cæperant. hoc de induſtria moneo, ne præ-claros Scotorum in fide Catholica promouenda labores, qui communes hactenus cum Pictis, ob arctum inter vtramq; gentem fœdus & amicitiam, videri nonnullis poterunt, confundendi in poste-rum remaneat occaſio. *Picti deleti à Scotis.*

Inter cætera Chriſtianæ fidei decora ſilendus minimè videtur ordo equitum D. Andreæ, ſeu Car-dui, longè apud Scotos hac ætate celeberrimus. Cuius originem ad Hungi regis priora his tempo-ra referunt ſcriptores non pauci. huic cōtra Althi-ſtanum Anglorum regem pugnaturo, Crux D. *Ad Ann. D. CCCC. Ordo Equitū D. Andreæ.*

Andreæ cœleſtibus effigiata radijs optatæ victoriæ nuncia comeſq; apparuit; quam Rex, ne tanti beneficij memoria periret, in labaris, vexillis, clypeis, atq; ipſis regiæ maieſtatis inſignibus poni curauit. regem ex prima nobilitate ſequuti Scoti, Pictiq;, eadem teſſera ſua ſtemmata ornarunt. Ita paulatim creſcente apud Chriſtianos Principes, Caroli Magni Imperatoris virtute atq; induſtria, ſacræ Militiæ diſciplina, Scotorum reges equitum ſuorum ordinem pijs legibus, ac viuendi regulis ornarunt: quorum inſignia monumenta, quod Catholicam Ortodoxamq; pietatem redolerent, ac noua Sectariorum deliria vetuſtate ſua, atque maieſtate deſtruerent, à Cnoxio Apoſtata, eiuſq; ſequacibus omninò deleta fuere. Ordinis huius balteus ex carduis erat aureis fibulis inter ſe compoſitis, ex quo pendebat imago D. Andreæ vtraq; manu Crucem, in qua pro Euangelica lege occubuit, præferentis. Nec carduus minore in æſtimatione apud Scotos eſt, quàm lilium apud Gallos, & apud Anglos Roſa. Suntquè in antiquis fæderum noſtrorũ monumẽtis lilia carduis implicata; & ætate hac noſtra roſæ ijſdem carduis inſertæ, pacem Britanniæ vnius imperium admittentis abundè teſtantur. In nummis præterea antiquis carduum inuenio cum Elogio, *nemo me impune laceſſet.* virgultum enim illud aculeis vndiquè armatum lædere ſe volentem prius lædit; & hæc cauſa cur

Scotis

Scotis tanto in honore fuerit carduus. ſuit quoque aliud equitum ſodalitium in Scotia famoſum, Rutæ ſertum noſtrates appellant, ſub eiuſdem D. Andreæ tutela, cuius torquis ex rutæ folijs auro affabrè alligatis in antiquioribus numiſmatibus viſitur. Sed de his hactenus. Conſtantinus III. poſt varios in bello, ac pace pro Scotiæ ſalute perpeſſos labores, ſe regno abdicans in Cænobio D. Andræ cœleſtis patriæ deſiderio incenſus vitam Deo ſacrauit. Duffum regem, duo illa ſupremæ maieſtatis inſignia æquitas, & religio, adeò commendarunt; vt aliàs nunquam in Scotia, aut ſacris maior honos, aut minus ſecuritatis hominibus ſceleratis fuerit. Huius dum animum nulla humana induſtria à propoſitæ rectitudinis tramite flectere poſſunt improbi, corpus magicis veneficijs affligere tentant. Sed poſt quàm deprehenſis, debitoq; affectis ſupplicio ſceleris diabolici miniſtris, Rex priſtinam valetudinem recuperaſſet, à Donualdi mortalium peſsimi neceſſarijs iugulatus interijt. Eius corpus à parricidis in ſpelunca abſconditum, totos ſex menſes latuit, quo tempore nec ſol, nec luna Scotorum fines illuſtrauit, inuentum tandem intactum plane & illæſum fuit, ſumptumq; promeritum de impijs parricidis ſupplicium. Nec ſilendum videtur Moucani antiſtitis in regis peccatis arguendis conſtantia, is vbi intellexit Kennethum III. principem, ſi cætera ſpe-

Rutæ ſertum.

Conſtantinus III. R.

Duffi R. iuſtitia et religio.

Moucanus Epiſc.

ctes, bonum, contra ius fasq; Malcomum Duffum Cumbriæ regulum occidiſſe, vt Nathan alter, palam neque vllis adhibitis ambagibus Regem commiſsi ſceleris redarguere non deſtitit, donec ille patrati ſceleris noxam acerbis lachrymis, alijsq; pœnitentis animi indicijs motus Dauid purgauerit. *Memborinus.* Memborinus in Colonia fidem, bonoſque mores propugnauit, qui vnà cum ſocijs Eborgero Archiepiſcopo gratam adeò operam præſtitit, vt is S. Martini celebre Monaſterium Scotis tribuerit, quod piè, nec ſine laude Mêborinus plurimis annis rexit. *Viri clari.* In Scotia verò claruerunt Vigianus Monachus eruditus, & magna ſanctitatis fama illuſtris: Medanus, Blanus, Englatius & Colmocus Epiſcopi in Domini gregem inſigni diligentia inuigilarunt: Cleri pietatem poſterisq commendauit, Ouani Diaconi ſingularis prudentia; & in clauſtris monaſticæ vitæ gloriam maximam adeptus eſt Conganus Abbas. Atque huiuſmodi religionis apud noſtrates ſtatus, octingentorum, & ampliùs annorum ſpatio inter varios, & multiplices cùm ab ethnicis, tùm ab hæreticis excitatos in Britannia perſecutionum fluctus in Romanæ Eccleſiæ obediẽtia orthodoxa perſeuerauit: in quo narrãdo, ſi cui videor fuiſſe prolixior, ſciat eam me ſcribendi rationem affectaſſe, vt plura prætermiſſa eſſe quàm ſcripta fatendum ſit: & quia ſequentium quingentorum res à multis vbertimq; tra-

ſtatæ minus habent obſcuritatis. & controuerſiæ compendio, vt cœpi, earum ſumma capita ſtrictim delibabo.

1 Dum itaq; Scoti non domi tantum, ſed exteris quoque in regionibus Chriſti regis gloriam, ſudore, & ſanguine promouerent, inuidia, quæ virtuti ſemper comes eſt, Heliam Monaſteriorum, quæ noſtri Coloniæ habebant, Abbatem cum vniuerſis penè fratribus perdidit: nàm ità maleuolorum calumniæ Pelegrini Archiepiſcopi animum contra innocentem accenderant, vt is paſtoralis mãſuetudinis oblitus, de Helia tollendo, & Scotis omnibus ex illis Monaſterijs pellendis cogitarit, quæ vbi Helias reſciuit; conuocatis vnum in locum fratribus, periculi in quo verſabatur magnitudinem expoſuit: lætus deinde omnes bono animo eſſe iuſsit: Nàm ſi Chriſtus inquit in nobis peregrinis eſt, Pelegrinus nunquàm viuus Coloniam reuertetur. Cuius repentina mors ſceleratam impiorum coniurationem diſſoluens, Dei famulos metu omni, & cura liberauit. Crudelius multo religioſorum hominum quietem in Scotia turbarunt Dani, qui occupata Anglia arma in Scotos verterunt. tanto patriæ diſcrimini ſeſe opponens Malcolmus Rex, victoriam de ſæuiſsimis hoſtibus, nón ſine diuina ope retulit: quam cum D. Moloci patrocinio, cuius auſpicijs bellum geſſerat, acceptam referret; vt tantæ rei extaret memoria,

Ad Ann. M. Helias, et Socij.

Dani Angliam occupant.

Malcolmus R.

ria,

ria, Murthalacenſem Eccleſiam in Epiſcopatum conuerſam, Deo, ſub D. Molpci nomine dedicauit. hanc S.Beanus Epiſcopus pietate atque eruditione celebris plurimis annis moderatus, Donortio viro tanto munere digniſsimo reliquit: vterq; apud noſtrates religiosè colitur. Fuldenſe Monaſterium in Germania decorauit Ammichabus, non ignobili in Scotia loco natus, qui paterno relicto ſolo, poſt varias piorum itinerum exanthlatas difficultates; tandem ab omni mortalium Societate, quo melius immortali Deo frueretur, ſeparatus, ad Fuldam anguſtiſsimæ ſe cellæ incluſit. raro quidem exemplo, ſed laudabili: vt Theodorus ille, & Daniel, à Græcis perſimili conſtantia dicti ſunt ſtylitæ, ſic hic noſter Ammichabus incluſus ſolemni nomine audiuit. Fuldenſis verò Monaſterij Abbas Sigisbertus, qui Egeberto ſucceſſerat, ita hoc ipſo tēpore cunctorum animos ſcientiæ, & virtutum ſuarum radijs illuſtrauit, vt Moguntinenſes eum ſibi in Archiepiſcopum communibus omnium ſuffragijs expetierint. Æternam in Germania mercedē indefeſsi in Dei gloria promouenda ſtudij Paternus Monachus obtinuit, quem vt è medio tollerent (proh ſcelus impij) duo Monaſteria, in quorum altero Paternum eſse ſciebant, ſubiectis ignibus combuſſerunt. Regalis maieſtatis ſplendore, alijſq; virtutibus patriam ſuam hoc ſeculo illuſtrauit Malcolmus cognomine

S. Beanus & Donortius Epiſ.

Ammichabus incluſus.

Sigiſbertus Antiſtes.

Paternus

Malcolmus Canmoire R.

ne Canmoire, cuius egregia in Edgarum Angliæ regem Sancti Edoardi nepotem, afflictamq; regiã familiam hoſpitalitas tanta fuit; vt ab ipſis hoſtibus ſingularem laudem meruerit. Nàm à ſuis deſtitutum, & ſiuè caſu, ſiuè conſilio in Scotiam delatum Edgarum, quàm potuit affectu maximo ſuſcipiens Malcolmus, ipſius Sororem Margaritam, miris animi, corporiſquè dotibus virginem, & poſtea in diuorum numerum relatam, ſibi matrimonio iunxit: eadem prorſus animi dignatione, qua ſi florentes in Anglia Edgari res fuiſſent. Simili prorſus benignitate in omnes qui Regem ex Anglia ſecuti profugerant, vſus; eos & hoſpitio accepit, & opimis agris, pro cuiuſque conditione donauit. Sed præſtantiora erant quæ in vna Margarita ab Edgaro accepit Malcolmus, quàm quæ regia munificentia profuderat Anglis beneficia. Illa ſiquidem perfectiſsimum virtutum omnium exemplar, & nitidiſsimum ſanctitatis ſpeculum marito exhibens: ità eùm ab omni errorum labe continuit, & ad omnem pietatem refinxit, vt nunquã par ſanctius viderit orbis, aut in Dei laudem propenſius. Duæ à Malcolmo fundatæ Epiſcopales ſedes, vna in Morauia, in Cathaneſia altera, reliquæ ſex S. Andreæ, Morthlaci, vbi D. Beanus Epiſcopus ſedem ſuam olim habebat, Sodorenſis, Orcadenſis, Candidæ Caſæ, & Glaſcoenſis varijs beneficijs, & immunitatibus ornatæ. Dunelmenſe quoq;

Margarita R.

Moravien. & Cathanẽ. Epiſcopatus fundati.

Dunfer-milingen. Monaſte-rium.

quoq; templum eiuſdē liberalitate refectum; & noua ædes in Dunfermilingenſi oppido, expenſis regijs magnificè extructa, & ſanctiſsimæ Trinitati dicata fuit; iuxta quam cœnobium, pro Benedictinæ regulæ & inſtituti ſectatoribus, qui perpetuas laudes Chriſto canerent à fundamētis ædificatū, & ampliſsimis prouentibus dotatum. Extincto tandem Angli militis fraude Malcolmo, Margarita quæ eodem ferè tempore Eduardum filium amiſerat; poſt quatuor dies, ne diù marito defuncto ſuperſtes eſſet, in Edimburgenſi, ſiuè puellarum Caſtro, diem clauſit extremum. quam poſt obitum in Diuarum ſocietatem aſcriptam ſanctiſſime venerati ſunt Scoti: & ad hunc vſque diem, vel aduerſarij nunquam mentionem illius, niſi cum ſumma ſanctitatis laude facere ſolent. extantq; noſtra memoria fontes & riui aquarum, quæ S. Margaritæ appellatione vocatæ, à pijs non ſine deuotionis, & miraculorum effectu viſuntur. Sed vtriuſq; res geſtas Turgottus D. Andreæ Epiſcopus fide maxima ſcripſit: & Sanctiſsimæ eorum reliquiæ inter reliquias regias S. Laurentij ad Eſcuriacum à pientiſsimo, & prudentiſsimo Philippo II. Hiſpaniarum rege magno labore conquiſitæ, & proprijs iconibus extrinſecus in capſula poſitæ ſunt, cū hoc elogio. S. Malcolmus Rex. S. Margarita Regina. ô venerabile factum cœleſtis prouidentiæ: quas vilis plebecula ſpreuit reliquias, Monarcha alienus in

Malcolmi & Margaritæ mors.

Eorum reliquiæ in S. Laurentij Eſcuriacen. ſeruātur.

regijs

regijs collocauit. Commoueantur animi veſtri conterranei mei, ſi modo vllus ſupereſt in tàm ſiliceis pectoribus ſenſus, & dolori meo qui iſta ſentio, & cum lachrymis vos modo compellaui; pro humanitate veſtra, hoc quod à me in acerbitate cordis dictum eſt, concedere dignemini: De Machetado tradit Marianus Scotus celebris hiſtoricus, quem tamen regem Scotiæ vocat, ego ex annalibus noſtris deducta ratione regis tantùm filium puto, Romam ad loca pia inuiſenda profectum, tanta copia eleemoſynam in obuios pauperes profudiſſe; vt argentum tanquam ſemina per vias, qua tranſibat, cerneretur. Ad hanc quoq; ætatem ipſum Marianum Scotum, cuius ingenij monumenta qualis fuerit ſatis teſtantur, referre placuit; qui prima doctrinæ, & pietatis fundamenta in Fuldenſi Monaſterio, ſub Ricardo Abbate gentili ſuo feliciter iecit: atq; vbi ætate & ſcientia adoleuiſſet Mogontiam profectus eſt; & vitam ibi ſolitariam, ſed minimè ocioſam, triginta annis quibus vixit, omni cum laude tranſegit. Cormachus etiam Murthlaceſis tùm in Scotia Epiſcopus, ita mores ſuos ad omnem pietatem, ita ingenium ad bonas artes compoſuit, vt ſanctiſsimus ſimul, & doctiſsimus ab omnibus iudicaretur.

Machetadus R. filius.

Marianus Scotus.

Cormachus.

Quemadmodum ſuperiorem ætatem DD. Malcolmus, & Margarita, ſic præſentem eorum liberi, vt paterni ſolij ſubinde hæredes, ità & vir-

Ad Ann. MC.

tutum imitatores, mirum in modum illuſtrarunt. *Edgarus R.* Ex his Edgarus ad auitum ſolium iure euectus, voluit à Godrico D. Andreæ Epiſcopo, ſacro oleo dum coronaretur iniungi: ea ratione, quam Vrbanus Pontifex, in D. Margaritæ gratiam, Scotorum regibus præſcripſit. regnum adeptus patris liberalitatem in Eccleſias, eorumq; Miniſtros imitando exæquauit. Hunc ſequutus frater eius *Alexander R.* Alexander Rex Sconæ Monaſterium extruxit; atquè aliud in Euonia inſula D. Columbæ ſacrum ædificari curauit. Cœnobij D. Andreæ facultates, & latifundia non parum auxit: & quæ à fratre, aut patre pro religione inchoata inuenerat, perfecit: *Dauid R.* Alexandro ſine liberis extincto, Dauid filiorum Malcolmi natu minimus, regia inſignia accipiens, priorum regum munificentiam liberalitate (heu quod verbum emittendum incogitanti) pene nimia ſuperauit, *Monaſteria XV. extruxit.* ſolus enim monaſteria quindecim magnis ſumptibus extructa, opimis reditibus auxit. Quorum nomina perlegere, mi lector, ad tantæ liberalitatis memoriam, non tibi alioqui graue futurum ſpero. Calco, Iedburgum, Melroſia, Neubottelia, Halaculſtrania, Dundraua, S. Crucis ad Edimburgum, vbi modo regis aula, Campus Kenethi, Killoſia, Fermilodunum, Holma, duo ad nouum Caſtrum, vnum Præmonſtratenſium, monachorum D. Benedicti alterum. pro virginibus autem Deo ſacris duo fundauit, vnum ad Carlilum,

alterum ad Beruicum, Epiſcoporum etiam numerum auxit, quatuor Epiſcopalibus ſedibus de nouo inſtitutis, erectiſquè Roſſenſe, Brechmenſe, Douncheldenſe, & Dounblacenſe, quas annuis, & ampliſsimis fructibus ornauit: Murthalacenſem quoque Cathedram, Aberdoniam celeberrimum orientalis maris emporium, tranſtulit. nec ijs tantum, quos perfectionis ſtudium pauperes fecit, bona ſua elargitus, in miſeros pariter, quos dura neceſsitas grauiſsimo egeſtatis iugo oppreſſerat, liberali copia ſingulorum inopiam ſubleuabat. ita exhauſtis piè regijs theſauris, profuſoq; propter Chriſtum regali patrimonio, malus ſanctus pro Corona vocari cepit, ab ijs qui terrenis immerſi curis, omnem in caducis bonis felicitatem ponunt. inſignem hanc charitatem reliquæ in Dauide comitabantur virtutes, ac in primis regnorum cuſtos iuſtitia; nàm vniuerſum regnum pertranſiens, ſedulo curauit, vt lex illa, quæ vnicuique ſuum tribuit diligenter ſeruaretur; conſtitutis in ſingulis prouinciarum tribunalibus iudicibus integerrimis, qui ius dicerent: ſed ipſe pauperum cauſas dirimebat, quorum libenti & prompto animo preces audiens, ſeueritate magna vindicabat iniurias. Ita aulam ſuam habebat ordinatam; vt Cœnobium diceres, non regiam. Venit ad Dauidem in Scotiam Henricus Angliæ princeps, vt à tàm inſigni Catholicæ fidei propugnatore arma

Epiſcopatus IV. inſtituit.

Henricus Ang. princeps fit eques D. Andreæ.

militaria, ſeu virilia acciperet: quem Dauid omnibus regiæ humanitatis officijs acceptum, inſignibus equitum D. Andreæ, qui Cardui equites vulgò dicuntur, coram omnibus regni procenbus ornauit: Hoc alijsq; honoribus decoratum Henricum, ac de Catholici principis munere ſerio admonitum, in Angliam ad ſuos remiſit. plura de Rege hoc habes apud melliſluum Bernardum, in vita D. Macharij. Matildis, trium, quos recenſui, regum Soror, Henrico Angliæ Regi matrimonio copulata, ita parentis D. Margaritæ mores eſt æmulata, vt Bonæ nomen, tàm ab Anglis, quàm Scotis retulerit. Poſt egregios hos, omniq; fama dignos Principes D. Gualterus, regio, & ipſe Sanguine ortus magnam, ob excelſam animi moderationem, laudem meretur; is ſeculo renuncians, D. Andreæ monaſterio ſe incluſit; nec ad Eccleſiaſticam vllam admittēdam dignitatem, niſi inter Monachos quorum Abbatem ſe in Melroſſenſi Cœnobio fieri paſſus eſt, induci potuit: tandem vita, miraculis, atque adeò ſcriptis ſanctorum catalogo adſcribi meruit. Inter Epiſcopos, magnum habitum fuit nomē Nectani, qui Aberdoniæ præerat: ſingularis prudentiæ, & æſtimationis Antiſtitis. hic rupta plus ſemel inter Scotos Angloſque fœdera compoſuit: Clerum ſuum omnibus pietatis, & doctrinæ ſtudijs incumbere voluit; & Eccleſiam nuper fundatā vtili legum ſacrarum præ-

Matildis Bona R.

D. Gualterus.

Nectanus Epiſcopus

ſcripto

ſcripto muniuit. De Richardi à S. Victore Ordinis Canonicorum D. Auguſtini apud Pariſios admirabili eruditione alij latius; ego tantum Epitaphium æneis literis in ingreſſu Abbatiæ S. Victoris exciſum apponam. *Richardus à S. Victore.*

Tellus quem genuit felici Scotia partu:
Hunc tegit in gremio Gallica terra ſuo.

quam ſui ſimiles, ætate hac, in Germania fuerint Scoti, teſtatur optimi Principis Henrici Auſtriæ Ducis, non vulgaris erga ipſos liberalitas: hic Monaſterium Viennæ à fundamentis extructum, & ampliſſimis dotatum prouentibus, Scotis conceſſit; Sanciens nè vllus ex alia natione in eo aleretur; retinetq; ad hæc vſq; tempora nomen à Scotis, licet contra pijſsimi fundatoris voluntatem, Germani illud occupent. Aliam Scotorum Coloniam Herbipoli inſtituit Embricho eius Ciuitatis Epiſcopus: cui B. Macarium miraculis inſignem præpoſuit, de quo alibi. Malcolmus Rex DD. Malcolmi, & Margaritæ pronepos, in hoc abauo, auoq; illuſtrior, quod virginitatis candorem ad obitum vſq; illæſum ſeruarit, ſuaſu, vt creditur, Eduardi Aberdonenſis Epiſcopi, qui Regi pijs adhortationibus, & caſtiſsimæ puritatis exēplo, tantæ gloriæ adipiſcendæ animos fecit. vtriq; præmium ſua virtute dignum in Cœlis à iuſto iudice, conceſſum; manſitq; regi ad poſteros ſpecioſus virginitatis titulus; qui Malcolmus virgo hodie *Scoti in Germania.* *B. Macarius.* *Malcolmus virgo R.*

etiam

etiam inter ſuos dicitur. Legatum ad Eugenium III. Pontificem Maximum apparatu planè regio decreuit, qui ad ſanctiſſima pedum oſcula procumbens, Malcolmi, totiusq; Scotiæ erga Apoſtolicam Sedem reuerentiam, regis ac regni nomine humillimè expoſuit. Oratorem ſummus Paſtor omni honore, ac pluribus ſacris muneribus cumulatum, ad Malcolmum remiſit. Imperium Scotiæ tenente Gulielmo Hugo Cardinalis à Pontifice in Britanniam miſsus, legati munus per Angliam obiuit; conuocatosq; vtriusq; regni Epiſcopos Northamptoniam, hortari cepit, vt Eboracenſi Archiepiſcopo, in cogendis Synodis, ac in reliqua Eccleſiaſtica diſciplina obedirent. intellecta Cardinalis voluntate; Gilbertus Morauus non minore pietate quàm doctrina præditus, erudita modeſtaq;oratione reſpondit, *Scoticam Eccleſiam multis annis prius, quàm Angli gentem in Britannia feciſſent, in catholica veritate fundatam; atq; Apoſtolicæ Sedi ſubditam, nullius præterquam vniuerſalis paſtoris autoritatem agnoſcere debere; iniquum planè, eos qui Anglorum magnam partem ad fidem perduxiſſent, neophytorum quaſi iugo premi: non eadem iam eſſe tempora, regnante ambitione, bellisq; inter Scotos, & Anglos, quæ olim florente pace cernebantur. Se quidem ac Scotiæ clerum, quibus gratius eſſet parere quam imperare, nullius catholici præſulis imperia detractare: Sed alium longè planèq; contrarium regis ordinumq; regni eſſe ſenſum, quibus ſatisfacere neceſſe erat. Hoc eadem in Anglos, ac potiora forte imperij iura,*

Hugo Cardinalis.

Gilbertus Morauus

iura, quam Angli in Scotos aſſerere; Aemulos gloriæ vtrosq; libertatem armis defendendam ſuſcepiſſe. Pontificem Maximum communem nationum parentem importunis Anglorum precibus exoratum, vt ea à Scotis peteret, quæ ipſi ſine graui libertatis iacturæ concedere non poſsint; huius tamen arbitrium, vt in alijs omnibus ita in hoc quoq; negocio ſponte admiſſuros ſe, vbi Sanctitas ſua vtriuſq; populi iura rationesq; maturo conſilio perpendiſſet. erudito Oratori ob prudentiam Cathenenſis Epiſcopatus præmium fuit. quo in munere tàm piè vixit, tàm glorioſè obijt, vt miraculis clarus in ſanctorum album fuerit relatus. huius inſtitutor, ac in omni vita magiſter fuit S. Duthacus Roſſenſis Epiſcopus, & virtute propria, & diſcipuli meritis celebris. quem omnis ſexus, & conditio per vniuerſam Scotiam, Patronum ſibi eligentes; non priuato ſolùm cultu, ſed publicè, frequenterq; ſuſceptis peregrinationibus, venerabiles eius reliquias in Roſsia piorum votis expoſitas, inuiſebant. Ne Cathenenſibus aut Roſſenſibus inferiores eſſent Alberdonenſes, Rodulphi primo Aberbrothei Abbatis, poſtea Aberdoniæ Ciuitatis Epiſcopi, religioſa per omnem vitam pietas effecit. hic eadem modeſtia in dignitate conſtitutus qua priuatus vixit, eandem in Epiſcopatu quàm in Monaſterio viuendi regulam obſeruans: egenus æquè Epiſcopus fuit, ac dùm Monachus eſſet: in omni fortunæ conditione ſibi ſimilis. De Vilhelmo Rege, quem ſuprà tantùm nominaui, ſequentia

S. Duthacus Epiſ.

Rodulphus Epiſ.

Vilhelmus R.

Legatos mittit ad Alexandrum III.

tia non contemnendæ probitatis habemus indicia; quod ad Alexandrum III. Pont. Max. impijs Friderici Imperatoris armis diù multumq; vexatum, legatos miſerit, Ioannem D. Andreæ Epiſcopum, & Reginaldum Abbatem, qui ſummo Chriſtiani gregis paſtori, regium in Apoſtolicam Sedem animum omnibus deuotis obſequij, atque obedientiæ officijs declararent. acceptam gratamq; Alexandro legationem fuiſſe, inſignis ipſius erga legatos humanitas declarauit, quos priuatis muneribus auctos, & publicis in totius Scotiæ gratiam priuilegijs decoratos, in patriam remiſit: addita pro Rege roſa aurea balſamo oppleta, quæ res me non parum mouet, vt hic, ſicut in alijs multis, Platinæ fidem requiram, qui Friderico contra Alexandrum mouenti, & Diuionem cum Octauiano Schiſmatico proficiſcenti, Scotiæ Regem (nam de Bohemo, quem eiuſdem itineris ſocium facit, nihil dico) comitem ſcribit. Extant. Clementis, & Cœleſtini III. ad Scotiæ Regem epiſtolæ, quibus eiuſdem erga Romanam Eccleſiam fides, & reuerentia conſtans probatur, atq; Cœleſtini, quidem verba ſunt, *propter reuerentiam, & deuotionem, quam ad Romanam te habuiſſe, à longis retro temporibus, Eccleſiam nouimus, præſentis ſcripti pagina duximus ſtatuendum, vt Scoticana Eccleſia Apoſtolicæ Sedi, cuius filia ſpecialis exiſtit, nullo mediante, debeat ſubiacere.* Et Innocentius poſtea III. haud ignarus quibus ſtudijs ex-

Platinæ locus dubiæ fidei.

Cœleſtini ad VVilhelmũ epiſtola.

colenda ſit plantata in Regum cordibus pietas, miſit ad VVilhelmum enſem, & galerum purpureum (hos in naſcentis Chriſti nocturnis ſacris apoſtolica benedictione conſacrare ſolet Romanus Pontifex) cum titulo Eccleſiæ defenſoris. nec mirum ſi Romanis Pontificibus Chriſti Vicarijs gratus fuerit VVilhelmus, quem Chriſto carum fuiſſe probatum in ipſo Euãgelicæ illud promiſsionis oraculum, *ſuper ægros manus impenent, & bene habebunt*, liquido demonſtrauit: nam Eboraci puellum nobiliſſimum oculorum altero captum, & ſiniſtræ manus pediſque, atq; omni ſermonis vſu priuatum, Crucis ſigno ſanitati priſtinæ reſtituit. Hæc fuſius, quam præſentis tractatus breuitas admittebat, ne Rex pientiſsimus vllius in matrem Eccleſiam erroris accuſari poſſet. idẽ mouẽte in Iudæã expeditione Ricardo Angliæ rege, ei comitem Fratrem ſuum Dauidem cum lectiſsima Scotorum manu dedit. ob cuius optatum reditum, quem cœlitibus acceptum referebat, Monaſterium Lendorienſe, Deo matriq; Virgini ſacratum, opulenta manu dotauit. Duo præterea Cœnobia erexit, Aberbrothi vnum in D. Thomæ Cantuarienſis honorem, quo puer familiariter vſus erat, Abermorenochti alterum. Epiſcopatum ſimiliter Argadienſem fundauit.

Innocent. III. enſem, & galerum ad VVilhelmum mittit.

VVilhelmus ægrũ puerum ſanat.

Monaſterium Lendorien. & alia duo ẽdita. Argadien. Epiſcopat.

Alexandrum II. duæ Chriſtiano Principe dignæ exornant virtutes, iuſtitia & pietas. Iuſtitia ma-

Ad Ann. MCC. Alex. II. R. iuſtitia

ximè eluxit in ſumendo de Cathaneſijs ſupplicio, qui Epiſcopum ſuum Adamum crudelitate inaudita occiderant. Nàm autores ſceleris ad vnum omnes necari iuſſit; eorum verò liberos, nè tàm prauæ gentis ſoboles poſteritatem inficeret, teſticulis orbauit; & Cathaneſiæ Comitem, quod periclitanti Adamo non ſubueniſſet, omnibus priuauit bonis. Religionem teſtatur in Gallia degentis cum D. Dominico familiaritas; à quo multis precibus impetrauit, vt ſecum in Scotiam mitterentur, arctioris illius inſtituti profeſſores, qui perfectam viuendi rationem Scotis proponerent: ijs verò qui venerant, ac alijs qui ſanctam illam regulam amplexati, Deo ſub Dominici vexillo militare propoſuiſſent, ſedes in ciuitatibus, quibus ipſi vellent locis, aſſignauit. Eadem Scotorum fuit propenſio in eos, qui à D. Franciſco ad ſe miſsi erant. Et quamuis nec hi, nec illi reditus, vt Monachi admitterent; cunctis tamen vitæ commodis, ita ex quotidianis piorũ eleemoſynis abundabãt; vt ipſi quoq; ingentem egenorum numerum, de micis menſæ ſuæ alerent. Sed ad Alexandrum reuertor, qui Aegidium Cardinalem, ab Honorio Pontifice legatum ad ſe miſſum, honorificè ſuſcepit: petentiq; ſummi Paſtoris nomine pro Hieroſolymitana expeditione ſubſidiũ, magnam pecuniæ ſummam (quam Scotia antequam Indici ſoli viſcera vexarentur, maiore copia quàm aliæ

Alexand. pietas.

D. Dominici Sodales.

D. Franciſci fratres.

Aegidius Cardinalis.

Europæ

Europæ Prouinciæ fundebat) liberaliter conceſſit. D. Ludouicum in Palæſtinam traijcientem commeatu & milite iuuit: miſsis tribus præſtantiſsimis belli Ducibus, Patricio Merchiarum Comite, Dauide Lindſaio, & Valtero Stuarto, cum electis aliquot Equitum D. Andreæ manipulis, & plurimis peditum cohortibus. Intellecta poſtea exercitus clade, ad Scoticæ legionis ſupplementum, nouum militem, celeritate magna conſcriptum ſubmiſit. Paterni nominis, & regni hæres Alexander III. nõ indignum maioribus facinus aggreſſus eſt, nàm vt intellexit D. Ludouicum iterùm in Sarracenos Chriſtianæ fidei infenſiſsimos mouiſſe; habito per Scotiam ingenti militum delectu, exercitum conſcripſit, quem Comitibus Athonienſi, & Carechẽſi egregijs ducibus cõmittens ad Ludouicum, ò ſingularem promptitudinẽ animi! qui nondum auxilium popoſcerat, nec expectauerat, tranſmiſit: non magis de amica Gallorum gente, quàm de Catholica religione meritus. quinque hominum millia mouenti in Sarracenos D. Ludouico ex Scotia miſſa fuiſſe ſcribunt nonnulli autores; alij ſeptem, quidam decem aſſerunt. Sed credibile eſt poſteriores tria illa virorum millia numerare, quæ, diuerſo ab hoc tempore, à Malcolmo III. in Hugonis Galliæ Regis fratris, cum is ad iter Hieroſolymitanum proficiſceretur, gratiã, conſcripta fuerunt. Sed quidquid ſit de militum numero,

D. Ludouicus in Palæſtina traijcit.

Alexander III. Rex

Numerus militum Scoto ad D. Ludou. miſſor.

Cuſtodia corporum Reg. Galliæ Scotis commiſſa à D. Ludo.

mero, adeo grata certè neceſſariaq; D. Ludouico Scotorum opera fuit: vt dilectis ex eorum centurijs viginti & quatuor viris corporis ſui cuſtodiam tradiderit. nec ſuccedentes Galliæ Reges electionis ab optimo ſapientiſsimoq; principe factæ vnquam pænituit. nam ad hodiernum vſq; diem cohors illa, licet plurima illius imminuta ſint priuilegia, idem munus dignitatemq; apud Chriſtianiſsimos Reges obtinuit. ex qua duo milites, ſuo quiq; menſe mutatis vicibus, ſellæ regiæ, dum ſacris intereſt, aut menſæ accumbit, aſsiſtunt: dum ſolenni ritu morbos curat, aut legatos comitatur, tres vtrimq; eius latera claudunt. apud eoſdem claues palatij regij noctu deponuntur. haſtarum fimbrias habent ex ſerico albo, quod ipſis cum militiæ tribunis, quos Colonellos vocant, commune eſt. cohortis Scoticæ præfectus ciuitatum quas Rex ingreditur claues accipit cuſtoditq;: idem in luſtratione, ſiue baptiſmo, inauguratione, nuptijs, ac funeribus regalibus primarium locum in ordine bellico ſibi vindicat: cui veſtis inauguralis proprio perpetuoq; iure cedit. Carolus V. prædictis viginti quatuor ſeptuaginta ſex addidit. Carolus VII. cataphractorum cohortē ex Scotis inſtituit, cui primum locum in equeſtri militia tribuit. atq; vtinam Scoti, qui ampla maiorum ſuorum priuilegia ambitioſe iactitant, eius fæderis amicitiæq; originem perpenderent. inuenirent profecto nihil D. Ludouico,

Eorum officiũ apud Regem.

Eorũdem præfectus ſeu Capitaneus.

Origo fœderis Scotor. cum Gallis à religione cepit.

uico, & priſcis Galliæ Regibus adeo in ipſis placuiſſe: quam conſtans in catholica religione profitenda ſtudium & voluntas. à cuius virtute cùm ita turpiter in præſentia receſſerint, non mirabuntur priuilegijs Scotorum in Gallijs multum detritum. Alexander, poſtquam ſubſidia Scotica pro ſacra expeditione D. Ludouico ſuppeditaſſet, ad fidei cultum apud ſuos promouendum mentem conuertens, Sodales Carmelitanos in Scotiam venientes benignè ſuſcepit; quibus in Perthi ſuburbano ſedes attribuens, de omnibus vitæ commodis diſciplinam illam ſequentibus, abundè prouidit. Atq; inter cætera S. Margaritæ atauiæ ſuæ oſſa, ad quæ populus magno concurſu & deuotione Chriſtum inuocabat, capſulæ argenteæ gemmis affabrè diſtinctæ impoſuit. quam dum efferri, ac loco auguſtiore reponi iuſsiſſet Rex; tàm firmo nexu Malcolmi, mariti quondam ſui tumulo adhæſit; vt nulla inde vi, nulla arte auelli poſſet. Tantæ rei miraculo ſtupentibus cunctis, ſuaſere Epiſcopi Alexandro, vt Malcolmi oſſa eadem capſula diligenter concluſa, ſimul collocari iuberet: non enim debere pios coniuges, quùm illa marito ſuperſtes eſſe noluiſſet, & amborũ animæ in cœlis vna viuerent, in terra vbi ſanctitatis opinione colebantur, ſeparari. Duos inſignes prophetiæ dono, naturalis an diuinæ incertum, Scotia produxit, Michaelem Scotum ſcientijs omni-

Carmelitani.

D. Margarita reliq.

Michael Scot. & Thom. Lermount.

omnibus apprimè doctum, ac Thomam Lermountium: qui plurima de euertenda apud Scotos catholica religione, deq; regis Scotorum ad Angliæ coronam ſucceſsione, quorum vtrumquè probauit euentus, felicitate mirabili prædixit. Faxit Deus, quæ de reſtituenda per Britanniam vera fide eodem ſpiritu ſubiunxit, celerem exitum conſequantur. Gulielmum Valleſium ducem ſtrenuiſsimum hæc ætas nobis peperit; qui incredibili fortitudine & viribus ſupra humanas cœlitus, vt creditur, donatus; impotenti Anglorum Scotiam inundantium licentiæ ſe ſe oppoſuit, ac amiſſam pene regni libertatem, priuatus, nec alio niſi ducis titulo inſignitus, propugnauit. Mirandæ planè ſunt, quæ de hoc viro traduntur: cuius geſta iuſtis voluminibus noſtrates deſcripſerunt. cuncta prælia à Dei inuocatione cœlitumquè ope inchoabat. Deiparam ſpeciali cultu veneratus, omnibus fœminei ſexus, pueris, & Dei miniſtris, quamuis hoſtibus parcebat. Tandem amici perfidi dolo proditus, Londini duris cruciatibus necatus, generoſum inuictumq; ſpiritum Creatori reddidit, ea, quæ tantum virum decebat, conſtantia.

Gulielmus Valleſius.

Propugnatam diù à Gulielmo Scotiæ libertatem, Robertus Bruſius regni hæres, & heroico vir ſpiritu deinde defendendam ſuſcepit: qui licet omnia ab hoſtibus tenerentur, noluit prius in aciem deſcendere, quàm venia à Romano Pon-

Ad Ann. MCCC. Robertus Bruſius R.

tifice

ſice, pro occiſo in loco ſacro proditore Cumeno, impetrata, Deum placaſſet. Aduerſam belli aleam ſæpè expertus, ad omnium rerum deſperationem fuiſſet perductus, niſi eum religioſi viri, ingente laborum propoſita mercede, ad omnia, pro Deo & patriæ libertate, tentanda induxiſſent. decies & ter vt minimum prælio victus, caſtris exutus, & ab omnibus propemodum, vxore capta, cæſiſq; tribus fratribus, derelictus, ſequenti diſticho à ſe compoſito mærorem aliquantulum leuabat.

Ni me Scotorum libertas priſca moueret,
Non tantum paterer orbis ob imperium.

Indignatus Eduardus Angliæ Rex, Robertum toties victum negocium ſuis faceſſere; omne Scotorũ nomen delere ſtatuens, non ex Anglia modò, ſed ex finitimis etiam regionibus conſcripto milite, peditum ducenta, equitum centum millia, omnibus rebus ad pugnandum inſtructa contra Robertum mouet. Ille verò cernens patriæ libertatem in vltimo verſari diſcrimine, collecto quàm potuit maximo exercitu, obuiam proceſsit; atq; ad riuulum Banocburniæ caſtra locans, totam noctem, fundendis ad Deum precibus, conſumpſit. Milites omnes, qui vix triginta millia erant (multi enim Scoti ad Eduardum confugerant, plures rei exitum ex pugna præſtolantes dubij hærebant) adhortante Mauritio Abbate, conſcientiæ expurgatis ſordibus, Chriſtum ſuſceperunt; atq; hoc

Eduardus Angliæ R. Scotiã inuadit.

Militum Scot. pietas.

cœleſti

cœleſti donario, contra quamlibet terrenam potentiam roborati, magnam de victoria ſpem conceperant. Dùm vterq; exercitus in procinctu eſſet ad pugnam; Scoti, accepto à rege ſigno, in genua prouoluti, Dei Virginisq; ac D. Ioannis Baptiſtæ, cuius Natiuitati ſacer erat pugnæ dies, ope implorata, tantis animis hoſtes inuadunt, vt primam ſtatim aciem pedem referre coegerint: mox turbatis multitudine ſua Anglorum ordinibns, victoria ad Scotos inclinauit: quam Robertus nec ſua, nec ſuorum virtute; ſed cœlitum auxilio partam faſsus, maximam ſpoliorum partem diuerſis per Scotiam altaribus appendit. Liberata externa ſollicitudine patria, compoſitisq́; ciuilibus turbis; dum Robertus exercitum contra Sarracenos ducere pararet, morte præuentus, migrauit ad Christum: curam tamen dedit Iacobo Duglaſio Equiti præſtantiſsimo, vt defuncti cor Hieroſolyma, cum egregia militum copia deferret. Flagrante bellis Scotia, Ioannes Duns Ordinis D. Franciſci, & ſubtiliſsimi vir ingenij, in Angliam primum ac poſtea in Galliam profectus, ſummæ in omni philoſophia & theologia ſubtilitatis laude clariſſimus, vitæ etiã morumq́; innocentia celebris, Coloniæ Agrippinæ immaturo funere elatus fuit, cuius tumulo ſequẽs Epitaphium appoſitum.

Iacobus Duglaſius

Ioannes Duns Scotus.

Scotia me genuit; Anglia me ſuſcepit;
Gallia me docuit; Colonia me tenet.

venit

venit quoq; è Scotia in Flandriam Philotheus ex regia familia, Flandri regem vocant, qui ad Patres ordines D. Dominici diuertens, magna inter eos ſanctitate vixit; mortuus Valencenis propè Altare maius ſepultus fuit. Sepulchrum ornat diadema regium, regij illum ſanguinis fuiſſe certiſſimum ſymbolum. Dum reges noſtri bellò diſtracti Eccleſiæ fines pro maiorum conſuetudine promouere minimè ſinerentur: Valterus Stuartus, ad cuius poſtea familiam iure meritò regni ſceptrum peruenit, Pasletum Monaſterium, nullis niſi regia liberalitate extructis ſecundum, erexit, & dotauit. Quod ad priora quidē tempora referendum erat, vbi etiā Alani Stuarti in Saracenos celebris profectio, & Alexandri contra Danos ad Largiſium, inſignis victoria. Quare parentum gloria, & virtute ſua clarus Valterus Stuartus, alius tamen à priore, ex Roberti Brūſæi filiola Mariora ſibi matrimonio locata Robertum II. Scotiæ regem procreauit, qui Dauidi Bruſæo in regnum ſuccedens, Anglorum arma ſæpiùs à finibus noſtris repulit, & plurima ab ijs vaſtata monaſteria decori priſtino reſtituit. Vnum ex filijs Alexandrum, quod Morauienſem Eccleſiam imprudenti auſù combuſſiſſet, perpetuò carceris ſquallore mulctauit. Nec in Britannia tantum inter regales faſces & ſceptra inclita Stuartorum decora fuere. in Gallia Ioannes Stuartus Brocenſem comitatum, Ro-

Philoteus.

Pasletum Monaſterium.

Valterus Stuartus.

Robertus II. R.

Viri clari in Gallys ex Stuartorum gente.

bertus vero dignitatem magiſtri equitum, munifice liberaliq; Christianiſsimorum regum dono recepit. & gentium domina, mundique delicium Italia præterita ætate ſuſpexit Bernardum Stuartum Aubinæi dominum a Ludouico XI. magiſtrũ equitum, quem vulgus Comitem Stabuli dicit, & à Carolo VIII. Neapoli proregem creatum: idem ſummus copiarum Gallicarum per Italiam legatus fuit: duxitq; ſub Galliæ regis auſpicijs, exercitum in Britanniam contra Richardum III. qui cum Henrico VII. de Angliæ regno armis certabat. Bernardi filius equitum magiſter in Gallia renunciatus: & frater ſub Ludouico XII. Mediolanenſem Ducatum cum titulo ſupremi moderatoris rexit. horum fortitudine, & prudentia funeſtorum bellorum tempore ſuſtentata apud Italos Gallica res aliquoties reſpirauit. nec nobiliſsimæ familiæ paria, aut maiora apud exteras nationes vel in præſentia deeſſent trophæa: ſi communem cum Italis Galliſq; Catholicam maiorum fidem, tot heroum ſequuti veſtigia, amplexarentur. quid de clariſſimorum Buchamiæ comitum gente dicã, cara apud exteros olim nomina, quæ Galli inter præcipuos bellorum duces, & comites ſtabuli numerare ſoliti erant. Sed altum nunc de priſcis illis Scotorum geſtis ſilentium procurauit hæreſis: & præſentia gentis noſtræ merita, ſi quæ hodie ſuperant, anguſtis Britanniæ inſulæ limitibus conſtri-

Bernardus Prorex Neapolitan.

Bernardi frater Gubernator Mediolanen.

Buchamiæ comites.

Scotor. decora hæreſis opprimit.

ſtricta in glorioſo Chriſtiani orbis theatro compa-
rere aut non poſſunt, aut non audent. Sed ego in
Scotiã redeo, cui iterata bellorũ incendia, & crebræ
ciuilium diſcordiarũ turbæ plus detrimẽti in diui-
nis rebus attulere, quàm ſi Neroniana, aut Diocle-
tiana feritas ſacrilega in fidei profeſſores arma mo-
uiſſet. Nã arctior illa viuẽdi norma, & ſedulus erga
rem diuinã cultus militum corruptus licentia, à pri-
ſtino ſuo ſtatu degenerare cæpit. Vt verum ſit inter
arma non ſolum leges ſed religionem etiam ſilere.

Quod cum cerneret Iacobus I. non regia mo- *Ad Ann. MCCCC Iacobus I. R.*
do autoritate, ſed omnium quoq; literarum noti-
tia prædicandus: quo melius ſuos ad omnem
virtutem efformaret, nobile ſcientiarum tàm di-
uinarum, quàm humanarum emporium, in Ciui-
tate D. Andreæ olim feliciter cæptum, ita munifi- *Academia D. Andreæ.*
centia, & liberalitate auctum præſentia ſubin-
de regia honorare conſueuerat, vt inter primas
Europæ Academias haberi meruerit. leges opti-
mas pro diuino augendo cultu, Eccleſiæque li-
bertate propugnanda condidit: & vt viris eccle-
ſiarum miniſterio deſtinatis, optanda diſciplinas
colendi neceſsitas incumberet; cauit nè cui opi-
mius Cathedralis Eccleſiæ ſacerdotium tribuere-
tur, niſi quem iuris Pontificij, aut Sacræ Theolo-
giæ peritum, Academiarum profeſsores iudicaſ-
ſent. Nota hæc omnibus in principe religio, Hen- *Henricus Vardlaus Epiſ.*
rico Vardlao D. Andreæ Epiſcopo animum exci-

tauit, vt in prouinciali Synodo Perthi indicto nimiam Scotornm, Clericorum præſertim, in victu quotidiano lautitiam, nè dicam crapulam acerrimè caſtigaret. & Iacobus, nè ſuperiorum regum pia liberalitate vinceretur, nobile Carthuſianorum Cœnobium Perthi fundauit, multisq́; donarijs amplificauit. Venerat circa hæc tempora in Scotiam e Viclefi impoſtoris aſſeclis, qui Bohemos ſuperioribus annis impura hæreſi infecerat, Paulus Craus: Hic in D. Andreæ celebri Academia, nefandæ peſtis ſemina clàm diffundere cepit. Verum ea erat Scotorum religio, vt nec veneficum occultum, nec diù inultum ſcelus permiſerint. Nàm poſtquam vecordem fidei deſertorem, ex Regis clerią; mandato, Ioannes Fogus ſacrarum literarum profeſſor, ac Melroſenſis poſtea Abbas, ad ſaniorem mentem adducere, multum ſed fruſtra adlaboraſſet; habita de reo quæſtione, omnium ſuffragijs igni adiudicatus, pertinacis audaciæ pœnas dedit. Priùs quàm Iacobus Rex ſubditorum rebellium gladijs occideretur, venerat ab Eugenio IV. Pontifice Maximo legatus Æneas Siluius, Patria Senenſis, gente Picolominus, qui ob egregia merita in vniuerſalē Paſtorē à Sacro Collegio ſuo poſtea tempore electus, dictuſq; Pius II. apud quem ampla ſatis extant de Scotorum rebus encomia. Neque in Scotia modo, verum etiam in Gallijs clarum Iacobi regis nomen ob pietatem virtu-

Craus hæreticus.

Aeneas Siluius legatus.

Margarita Gallia R.

virtutemq; fuit: quæ res Ludouicum XI. mouit, vt celebri legatione Margaritam Iacobi filiam coniugem duceret: cuius ſororem vnam Bononiæ Dux, alteram Flandriæ comes ſibi deſpondit. Scotæ inſuper cētum quadraginta Gallis in matrimonio locatæ. tanto nimirum apud florentiſsimam gentem Scotici ſanguinis commercium in precio erat. Iacobo I. per nefas interempto parricidij autor, qui ambiguis præſtigiatorum oraculis, ex ſuggeſtione dæmonum ipſi Scotiæ coronam certo certius promittentibus, fidem adhibuerat, candenti ferro, cum publicis regni imprecationibus, coronatus didicit; Quāto cum damno miſeri mortales ea aſſequantur, quæ malis artibus quæſita, ab humanæ ſalutis aduerſario lucifero, & incendiarijs miniſtris eius leuiter promittuntur. Iacobus II. interempti filius, vt primum inſignia regia ſuſcepit, tres regni ſtatus, Striuelingi conuocatos, in Pontificis Romani fidem, præſente Apoſtolico nuncio, iurare fecit; Verebatur nimirum pius adoleſcens, ne deficiente maiorum pietate, Scotorum erga Vicarium Chriſti ſedem minueretur reuerentia. Iacobum Kennedum S. Andreæ Antiſtitem omnibus priuatis & publicis regni conſilijs adhibens, legum à Patre latarum obſeruantiſsimus cuſtos, ſubditos tàm ab exteris, quàm à mutuis & inteſtinis iniurijs illæſos ſeruauit. Epiſcopi per Scotiam clari hac tempeſtate fuerunt hi, præter nominatum.

Occiſo Iacobo ſumptū de parricida ſupplicium.

Iacobus II. R.

Iacobus Kennedus Epiſcopus

Turnubolus Epiſc. minatum: D. Turnubolus Glaſcoenſis Eccleſiæ Præſul, qui præclarum in ea Ciuitate gymnaſium ſuis, ijſq; maximis impenſis primus inſtituit. Thomas Spinſæus Aberdonenſis, & Henricus Lichtonus Morauienſis Epiſcopi, celebrati ambo, & illuſtres in ſua quiſq; prouincia, & ingenij, & pietatis reliquit monumenta. *Spinſæus & Lichtonus Epiſ.* *Abbatum opes.* Abbatum verò tantæ opes erant, tantaq; in ijs profundendis liberalitas, vt in Monaſterijs omnis cōditionis homines, nullo aditum prohibente, hoſpitio exciperentur. Sed nimiùs hic fortè ſplēdor, nimiæ Eccleſiaſticorum diuitiæ, auaræ nobilitati, & corruptæ inertia plebi, res apud Scotos poſtea innouandi, vt ſuo loco dicetur, anſam præbuere. Regnante ſiquidem Iacobo III. ablatum eſt Monachis antiquum illud ius, Præſules, Antiſtites, Cœnobiarchas, Archimandritas aut quocumq; alio nomine dixeris, ſuperiores ſibi eligendi. *Ablatum Monachis ius eligendi ſibi Superiores.* Et inde mortui Fermidulenſis Abbatis locum, Henricus Chrichtonus regia auctoritate ſubſtitutus, exemplo peſſimo, Cœnobiarcharum electionem à Monachorum ſuffragijs, ad aulæ, atque auræ fauorem tranſtulit. Eligebantur deinceps, qui viris religioſis præeſſent, non quos vitæ morumque innocentia, aut monaſticæ diſciplinæ obſeruātia commendabat, ſed illi quorum partibus emendicata procerum vota apud regem fauebant. Idem virus quod monaſteria infecerat paulatim in Epiſcopos deriuari cepit; nàm *Patricius Graham. iniuria è Sede ſua eiectus.*

Patri-

Patricium Grahamum S. Andreæ Archiepiſcopum, & Scotiæ primatem, à Pontifice ob meritorum famam creatum, tanto odio inſectati ſunt reliqui Epiſcopi, vt non prius ab incepto deſtiterint, quàm crebris ad Principem criminationibus onuſtum,& de grauibus apud Pontificem & Cardinales ſceleribus accuſatum,præſente Huſmanno Sixti IV. legato, e dignitate ſumma in carcerem teterrimum detruſerint. Manſit tamen Romani Præſulis tantus apud Regem Proceresq;cultus: vt nihil eo inconſulto aggredi, nec quidquam eo inuito proſequi tentauerint. quod ex ſequentibus facilè patebit. Dùm crebris Anglorum populationibus vexarentur Scoti; nec vllis legibus ab inferendis iniurijs contineri poſsent iniqui graſſatores; Iacobus conſcriptum extemplo exercitum in Angliam ducit:hoſtibus terrorem, & reciproca dãna illaturus: ſed venienti occurrit nuncius, qui Pontificis nomine ad ſua redire Scotos imperat;ni Dei omnipotentis eiuſque Vicarij indignationem incurrere vellent. Paruit libenter Paternis Papæ monitis Rex; atque iniuriarum non minùs quam propoſiti ſui oblitus, ſtatim milites in Scotiam reduxit. Sixtus verò vt extaret aliquod paterni ſui in Scotos animi indicium, Glaſcoenſi Epiſcopo Archiepiſcopalia iura, ac Pallium conceſsit: ſub cuius ditione tres Epiſcopatus numerantur, Candidæ Caſæ, ſeù Gallouidiæ, Leſmorenſis, &

Soda-

Sodarenſis: cæteri octo, nimirum Aberdonenſis, Dunkeldenſis Morauienſis, Dumblanenſis, Roſſenſis, Brechinenſis, Gathenenſis, Orchadenſis, D. Andreæ Antiſtitis, qui regni Primas eſt, imperia agnoſcunt. Innocentius poſtea VIII. ne in Scotiæ Regibus ornandis Innocentio III. cederet, roſam auream (quam ex antiqua piaq; conſuetudine quarta die Dominica Quadrageſimæ Romanus Pontifex altari dum ſacra ſolemni ritu peraguntur, imponit) ad Iacobum miſit, cum literis humanitatis ac paternæ dilectionis in regem teſtimonio inſignibus. Occiſus eſt tandem à rebellibus

Iacobus IV. R. Iacobus III. & filius impuber in Patris regnum ſuccedens, grauiſsima pœnitentia animum corpuſque affligere cœpit, & ferreo cingulo vſque ad mortem in perpetuum pœnitentiæ ſignum vſus fertur, quod ſuaſoribus nobilibus in aciem contra parentem prodijſſet. Nec ab vllo conſolationem admiſit, donec Alexander VI. Romanus Pontifex, miſſo ad eum Formano, bono animo eſſe iuſſit, deriuata in maleſanos conſiliarios peccati fœditate. orta regnante Iacobo IV. inter D. Andreæ & Glaſcoenſis Eccleſiæ Archiepiſcopos cõtrouerſia, ipſam penè nobilitatem in factiones diſtraxit. cumq; res ad regem deducta eſſet, Conſtantini illius Magni exemplo, negauit quidquam ſibi auctoritatis in eos eſſe, quos mortalium iudices decreto ſuo cœli Monarcha fecisſet. Reliquos

quos Epiſcopos, & æquali dignitate conſtitutos conuocarent, negocium ex iure canonico dirimerent. Quæ res ſi minùs ſuccederet, Romam ad vniuerſalem Paſtorem mitterent, ad quem ſupremum rerum Eccleſiaſticarum ſpectaret iudicium. Idem poſtea ex Margarita Henrici VII. Anglorum regis filia ſuſcepta prolé, nè tanti beneficij memoria periret, ad D. Niniani Sacrarium in Gallouidia pedes profectus, Deo omnipotenti acceptum & filium & bonam Reginæ valetudinem retulit. Eandem peregrinationem, vbi per valetudinem licuit, Margarita obiuit: & aliquot poſt annos Rex ad D. Duthaci in Ruſsia fanum religioſa vota ſuis ipſe manibus ſuſpendit. Nec priuatæ religionis ſtudijs contentus, ſeueriſſimis legibus cauit, nè quis hæreſim, aut quaslibet numinis colendi rationes à Romana Eccleſia diſcrepātes profiteri auderet. Atque vt tantæ virtutis religioſa ad poſteros extaret memoria; Iulius II. decreta ad Iacobum legatione, eum Chriſtianæ fidei protectorem declarauit; additis muneribus diademate purpureo, auro margaritiſque intexto, ac enſe auro gemmiſque ſtellato: hic præteritæ virtutis teſtis, & auitæ gloriæ ſtimulus procedenti ad publica Comitia Regi præfertur, vnà cum ſceptro & diademate. Quæ Pontificiæ benignitatis monumenta regem mirandum in modum ad inchoatam pietatem maiore conſtantia proſe-

Qui ſint Epiſcoporum indices.

Ad D. Nirianū peregrinatio.

Iulius II. enſem & diadema in Scotiā mittit.

quendam, animarunt. Quare in prouinciali Synodo Edimburgi habita, cui Pontificis nuncius Baiomanus interfuit, plurima in Romanæ Eccleſiæ fauorem edita decreta, authoritate regia confirmata fuerunt. Ac inter cætera illud, vt opimiora Sacerdotia, quorum reditus annui ad libras quadragenas aſcenderent, penſionem decimarum diplomatum nomine ſoluerent, ad vniuerſalis Eccleſiæ neceſsitates ſubleuandas. Nec quidquam æquiùs, meo iudicio, videtur; quàm vt membra omnia capiti, à quo vitam incolumitatemque accipiunt, omni ope, operaque ſuccurrant.

Baiomanus Nuncius Pōti.

Ad Ann. MD. Iacobo Quarto e viuis ſublato, ſiuè hoſtium, ſiuè familiarium ſcelere ambigitur, (vtrumque enim apud noſtrates conſtanti fama perhibetur) non defuere viri in ſacris dignitatibus conſtituti, qui nutantem Rempublicam fortiter ſuſtinere, & factioſos ſubditos in infantuli regis obſequio, magna ſolertia, continere ſtuduerint. In his Gauinus Dumbar Aberdonenſis Eccleſiæ Antiſtes, cui magnum apud ſuos nomen profuſa liberalitas peperit. nobile hoſpitium pauperibus alendis dotauit: Deam fluuium ponte lapideo decem latiſſimis ſubnixo fornicibus ſtrauit. maiorem Eccleſiam immenſis ſumptibus ad vaſtam amplitudinē perductam dedicauit. tanta deniquè, tàmq; præclara ſplendidæ pietatis reliquit monumenta, vt

Gauinus Dumbar. Epiſcop.

nemo

nemo facilè dixerit, priuati opes ad ea ſuffeciſſe: quam de ſe Dumbarrus in regijs operibus reliquit memoriam, Gauinus Duglaſius Dunkeldēſis Epiſcopus eruditis lucubrationibus conſecutus eſt. Candidæ verò Caſæ Præſulis ſanctimonia inſigni Dei protegentis beneficio comprobata fuit Edimburgi; vbi diruta ingenti ventorum procella æde, in qua ſacris operam dabat, ipſe incolumis inter rudera inuentus, ex regia, quaſi cœleſti voce monitus profugit; identidem congeminans; *Aulam omnis fugiat qui volet eſſe pius*. Hectorem Boethium, & Ioannem Maiorem celebria vtriuſque volumina loquuntur. Iacobus V. vltimus Scotorum Rex fuit; qui & ipſe de fidei dogmatis rectè ſentire, & quæ diuinæ legi conformia eſſent à ſuis exigere potuit. Princeps certè omnium ſeculorum memoria longè digniſsimus, atq; Orthodoxæ religionis propugnator acerrimus. cumq; inſigni illa qua pollebat animi prudentia cerneret, Reipúblicæ Chriſtianæ vires nulla re magis, quàm alternis principum odijs, crebriſque inter Orthodoxæ fidei profeſſores bellis eneruari; omnem adhibere diligentiam ſtatuit ad eorum animos mutuæ pacis, amoriſq; vinculis colligandos, quorum authoritate tranquillitas publica, & Chriſtiani Orbis incolumitas potiſsimum nititur. Et Iacobus certe ad Pararij regij munus natus omninò putabatur. In eum quippe adeò propenſa erant diuerſiſſima-

Gauinus Duglaſius Epiſc.

Candidæ Caſæ Epi.

Iacobus V. R.

ſiſſimarum gentium ſtudia, vt certare inter ſe potentiſsimi Monarchæ in hoc vno ornando viderentur. Carolus V. aurei velleris, Galliarum Rex Franciſcus conchyliati torquis, Henricus Anglus Periſcelidos inſignibus decorauit. quorum ſingulos Iacobus, Menenio teſte, Carduano D. Andreæ cingulo prior honeſtarat. Extat in regio Lithcoenſi palatio luculentum horum quæ memoraui monumentum, vbi lapideis inciſa tabulis tota res ad viuum habetur. Legum quas in Sectarios fortiter ſanxit cuſtos oculatus. Nam præter Apoſtatas quoſdam priuatæ conditionis homines, Ioannem Borthuicum equeſtris ordinis, militum tribunum; ac non multo ante Patricium Hamilotonum affinitatem regiam nequicquam oſtentātem, hæreſis damnatos igne puniri voluit. Inſigni exemplo comprobans, nullam humanæ dignitatis rationem habendam eſſe cum ijs, qui in immortalis Dei maieſtatem peccare audent. Redierat in patriam, annis pluribus in exteris regionibus conſumptis Ioannes Scotus, pietatis laude celebris; qui quadraginta dies ieiunus abſque vlla refectione tranſigere ſolitus erat. Rex nè vllus fraudi locus eſſet, hominem in arctiſsima cuſtodia, ſub oculata vigilum cura, totos quadraginta dies detineri iuſsit: habita mox de fide ipſius quæſtione, experientia didicit, quæ de Ioannis ſanctitate fama vulgauerat. Miſſos in Scotiam à Clemente VII. le-

Hæretici pœnis affecti.

Ioannes Scotus.

Legati Clementis VII.

VII. legatos omni honore ſuſcepit Iacobus, & conuocatis regni ordinibus, Oratoris Pontificij munere in publicis comitijs fungi voluit, atque egregia, facundaque oratione, omnes qui præſentes aderant, ad Catholicam fidem propugnandam, & fidei hoſtes inſequendos, animauit. Ipſe certè Henricum VIII. licet auunculum, & opulentiſsimi regni hæreditatem promittentem, vbi anathemate perculſum intellexit, hoſtem iudicauit; nec vllis ſuorum precibus induci potuit, vt ad colloquium cum apoſtata deſcenderet. Quotquot ex Anglia ob ſuppliciorum metum Henrici VIII. tyrannide profugerant, illos omnes Iacobus tanta humanitate ſuſcepit, vt peregrinari, non exulare ſibi viderentur. Verùm Rex ille quo viuo Scotia ab omni hæreſis labe immunis fuiſſet, immatura morte præreptus filiam vnicam ſeptem tãtum dies natam, funeſtis tragædijs vexandam reliquit. Atque hæc ſunt, mi lector, quæ de Scotorum in Catholica fide ſuſcipienda, retinendaq; alacritate ſub aſpectum tuum danda in præſentia exiſtimaui; non vt integram Eccleſiæ Scoticæ hiſtoriam complecterer: opus enim illud eſt pluribus voluminibus deſcribendum: ſed vt quædam ex ſingulis Chriſtianæ ætatis ſeculis delibata tibi, ſi tanti putabis, Scotiſq; meis horulæ vnius diſpendio legenda proponerem. Ex quibus, tu benè de antiqua Scotorum pietate ſentire, & illi *Ad lectorem.*

apo-

apoſtaſin ſuam, & hæreſinque ex maiorum ſuorum inſtitutis deprehendere valeant. Quod ſi voti mei hac in parte compos euado, eſt quod numini, totius boni perpetuo fonti, gratias referam: Sin minus, inſcitiæ meæ fructum agnoſco, & meliora à Chriſto, qui pro omnium ſalute mortem ſubijt, ſupplicibus votis depoſcam.

GEOR-

GEORGII CONÆI
DE DVPLICI STATV
RELIGIONIS
APVD SCOTOS,

Liber Secundus.

COGITANTI mihi Catholicæ apud Scotos Religionis initia, progreſſus, occaſum, & decurrentibus aliquot annis, inualeſcente hæreſis ſcelere, deliquium poſteris tradere: in primis vtile, & pene neceſſarium viſum eſt, ſumma rerum capita legentem, & è multis pauca decerpentem, parare breui narratione ad vberiores cõmentarios gradum: & ſub vnum aſpectum lectori ſubijcere, quidquid præclare maiores noſtri ſuperio- *Præfatio.*

perio-

perioribus ſeculis ad veri Dei cultum augendum, aut infelicibus noſtris temporibus ad hæreſin extirpandam geſſerunt. atq; vt illius ætatis pietatem, & conſtantiam ſine fuco & fallacia retuli, ita nec huius infamem defectionem (quam non ſine lachrymis, & acerbiſsimi doloris ſenſu animo reuoluo) inani verecundia ſilebo: faciam profecto, vt qui Catholicam fidem in Albione, ſub primum naſcentis Eccleſiæ exordium, maximo numinis beneficio plantatam, atque mille & quadringentis plus minus annis, illibatam ab hæreſi, liberam à ſchiſmate, ſingulari ſummorum Pontificum diligentia conſeruatam, magna cum animi voluptate legerunt; mutatum infælici hac noſtra ætate rerum ordinem animaduertentes, & euangelij ſplendorem atra hæreſis caligine offuſcatum, ſacros Eccleſiæ ritus cæcutientis plebeculæ ludibrio expoſitos, quicquid denique Chriſtiana pietas in precio aut honore apud mortales poſuerat, id omne noua & inaudita inſanientium homuncionum væcordia, aut ad nihilum redactum, aut, quod peius eſt, ad profanos vſus conuerſum inuenientes, humanæ conditionis ad lapſum lubricæ, & procliuis memores, cum Scotis vota preceſque iungant, vt tandem miſericors Deus, velit iubeatq; vt funeſta Regi, funeſta ciuibus contagione, quæ tandiu miſerorum animas depaſcitur nobilis olim Sanctorum parens, & Euangelij in diuerſas orbis

plagas

plagas accerrima propagatrix Britannia liberetur. Nec abs re futurum puto, ſi primum compendio breui complectar quibus malis oppreſſa, aut admiſerit, aut meruerit vltimum iſtud diuinæ iræ flagellum Scotia.

Eximia Præſulum, Sacerdotum, atque illorum qui ſolitariam vitam in Scotia agebant, probitas, ſanctimonia, ac morum innocentia piorum regum procerumque liberalitatem ſollicitauerunt, ad Eccleſiaſtica Sacerdotia inſtituenda, Epiſcopales ſedes dotandas, & monaſteria in varijs regni prouincijs ædificanda: hæc pluribus annis à noſtratibus non mediocri exculta prouentu, nihil aliud erant quam ſacræ virtutum palæſtræ, & illuſtria laborum pro fide exantlatorum monumenta. Verum vbi in mortalium pectoribus frigeſcere charitas, & celebris illa maiorum pietas languere cœpit: radix omnium malorum auaritia, nobilium animos ſenſum inuadens, ita omnia infecit, atque corrupit: vt priſtinæ ac piæ oblita fæcunditatis Scotia, iſtos germinarit tribulos, & labruſcas, quibus in hanc vſque diem ſuffocatur veræ religionis ſeges. Proceres immoderatam primum auorum ſuorum erga Deum liberalitatem incuſare, mox ad peiora progreſſi, opimiores Eccleſiarum reditus quouis ſpecioſo titulo inuadere: Abbates, & Epiſcopos liberos vix natos, & adhuc à matre rubentes deſignare. Et ſi quis ob animi, corpo-

Scotiæ ſtatus ante hæreſin.

Auaritia nobilium.

corporiſue imbecillitatem ſecularibus curis minus aptus haberetur, is diuino cultui nolens volens ſacrabatur. illi vero quibus vitia natalium certam paternæ hæreditatis adeundæ ſpem præſciderant, in ſortem filiorum Dei non adoptati, ſed intruſi, de altari quibus vitam luxumq; alerent rapiebāt. hæc nobiles. Vulgus autem natura pigrum & iners, nec cœleſtibus rebus idoneum, vt grauem alijs ſerendi & metendi neceſsitatem fugeret, nuſquam ſecurius, quam in monaſteriorum clauſtris, aſylum conſpiciens, eo tanquam in montem ſacrum ſecedebat. quamprimum vero ex illa hominum fæce quiſpiam literarum leuem aliquam notitiam ſibi paraſſet; huius aut illius e proceribus adiutus patrocinio, dignitates in Eccleſia ambire, animarum regimen ſibi depoſcere, & vicarias troſſulis noſtris, delicatiſq; præſulibus, operas præſtare ſolitus, nil minus quam quid ſacroſancti muneris eſſet cogitabat. ſed ventrem replere, ſyrmata dilatare, & ſublimiora occupare ſubſellia. quid enim aliud facerent, quos nec Deo famulandi ſtudium, nec virtutis amor, nec vlla honeſti, iuſtiue ratio, ad cœleſtia miniſteria obeunda vocarunt? his omnibus accedebat libido impotens, ſacratioris vitæ morumq; lues teterrima. in multorum ſacerdotum ædibus ſcortum publicum, pernoctabant in tabernis viri Deo dicati: nec à ſacrilego quorundam luxu tutus erat matronarum honos,

Vulgi ambitus.

Libido Eccleſiaſticorum.

honos, aut virginalis pudor. quid plura? celebris illa populi erga religioſos veneratio in ludibrium conuerſa: pro mendicantibus manducantes dicti fratres. & ſi quæ noua ad irriſionem vocabula ab ocioſis agyrtis excogitari poterant, monaſticæ diſciplinæ ſectatoribus, modo dicteriorum ſale, & aceto adſperſa, nihil fuit penſi, aptabantur. fictis criminibus vniuerſus religioſorum virorum cœtus inique petebatur: nec proborum inſignis pietas; quæ ſemper inter noſtrates reſplenduit, ad calumniantium ora occludenda virium ſatis habuit. Eſt enim rerum omnium occulta quædam viciſſitudo & periodus: & ſuas, vt Reſpublicæ, ita religio conuerſiones experitur. Atq; huiuſmodi fuit rerum apud Scotos ſtatus, nulla dum tamen hæreſis apertæ ſuſpicione erumpente; cum Martinus Lutherus res nouas in Germania, quæ ipſa quoq; nimia fœlicitatis ſecuritate diù ægra, peccatorum mole diuinam iram prouocauerat, moliri cæpit. Sed profecto ſi tam peruerſæ impietatis, tantorumq; motuum, qui Chriſtianum orbem exagitarunt, originem altius repetamus; mirabimur tam væcordes fidei deſertores, vllum ſanæ mentis compotem inueniſſe, qui poſthabita catholica veritate tales duces, ac huiuſmodi errorum dogmata ſequeretur.

Contemptus Religioſorum.

Dum Selimus Turcarum Imperator iteratis fœliciter contra Perſas, Ægyptios, ac Mamalucos

Leo X. cruciatam publicat.

prælijs orientem vniuerſum tanto nominis ſui terrore compleſſet, vt nullæ vires, nullaq; potentia debellando tam potenti hoſti, aut ſiſtendo victoriarum curſui ſufficere viderentur: Leo X. ad Eccleſiæ clauum excubans, pro dignitatis munerisq; ſui ratione, Chriſtianæ Reipublicæ cauſam ſuſcepit: Europæ Principes qui mutuis bellis leuiſsimas ob cauſas atterebantur, ad pacem ſanciendam Dei cœleſtiumq; niſi obedirent, intentatis minis compulit. deerat pecunia publica, nec priuatis vnius Principis opibus tanti belli moles ſuſtineri, aut res vti par erat geri potuit: indicta à Pontifice Cruciata, vt appellant, ſolemne in publicis Eccleſiæ anguſtijs remedium. Apoſtolicarū literarū cura Ioanni Tezelio ex D. Dominici ſodalibus credita, vt is per Germaniam ſacros indulgentiarum theſauros Pontificia autoritate reſeraret. Ioannes Staupitius religioſorum D. Auguſtini in Germania Præfectus, ad ſuos prouinciam illam hæreditario quaſi iure ſpectare contendens, acrioribus concionibus Fratrem Martinum Lutherum, duræ & perfrictæ frontis hominem, vehementis ac præcipitis animi, gloriæ cupidiſsimum, magnaq; linguæ volubilitate pollentem, ad communem totius ordinis iniuriam vindicandam accendit. ille quo faciliorem impietati, quam meditabatur, viam ſterneret; à quæſtorum auaritia orſus, prauos indulgentiarum vſus grauiter inſectari. grata hæc optimis quibusq;

Ioannes Tezelius

Ioannes Staupitius.

Martinus Lutherus

Origo hæreſis Luther.

oratio

oratio fuit: exoſum quippe tunc quæſtorum, ne dicam Leonis ipſius nomen in Germania: mox indulgentias ipſas, ſecretam peccatorum confeſsionem, ac ſacræ pœnitentiæ ſacramentum damnauit, ſatisfactionem, & quæ de animarum poſt vitam præſentem expurgatione traduntur, pro anilibus fabellis explodere; bona opera, & eorum merita omnia reijcere, fidem iuſtificantem ſolam admittere; tandem vbi impia dogmata à Leone Pontifice hæreſeos poſtulata, ad Eccleſiæ tribunal vocari animaduertit, Papam, cuius ſalua auctoritate nullum impoſturis ſuis refugium eſſe ſciebat, totis viribus lacerare, atq; dictitare hominem eſſe, ac iis omnibus errorum tenebris, quibus cæteri mortales obnoxij eſſent, irretiri poſſe. Petrum nullum in Apoſtolatu Principatum habuiſſe; quæ verò Eccleſiæ ſuæ promiſerat Deus, prædicantq; Euangelici commentarij, aut negare omnino, aut falſis interpretationibus peruertere, aut inuoluere: de Peccato originali, libero arbitrio, ac diuinis ſacramentis adeo impie diſſerere, vt coactus fuerit ſacræ ſcripturæ authoritatem reijcere, ex qua alia expunxit, vt apochrypha: alia, quamuis D. Iacobum Apoſtolum ſcriptorē agnoſcerent, vt ſtraminea & apoſtolico ſpiritu indigna deriſit. & ne vllus monitori in poſterum locus eſſet, eo dementiæ proceſsit, vt aſſereret doctrinam ſuam eius eſſe veritatis, quam nec Angelus cœlo

Lutherus indulgentias, confeſſionem, et purgatorium improbat.

Bona opera reijcit.

Pont. auctoritatem negat

Lutheri impudens aſſertio.

lapſus

Vota religioſa ſpernit, & monialem corrumpit. lapſus impugnare poſſet. Vota quæ Deo religioſi viri, aut mulieres feciſſent, neminem tenere, vt verbo docuit, ſic exemplo comprobauit: nam Virginem Monialem improbis & nefandis blanditijs e Monaſterio abductam, atq; omnibus hæreticæ libertatis flagitijs corruptam, coniugem aut ſcortum verius ſibi aſciuit. hiſce, ac ſimilibus impietatis gradibus apud peſsimum quemq; in Germania famoſum eſſe cœpit Lutheri nomen. *Balthaſſar Hubingerus.* Et Balthaſſar Hubingerus, eius ſigna aliquot annos ſequutus, vbi tam facili negotio decipi poſſe mortales animaduertit, ne ſolus hæreſiarcha eſſet Lutherus, Anabaptiſtarum ſectam promulgauit. *Carolſtadius.* Andreas Carolſtadius Sacramentariorum Apoſtolus, à Luthero deſciſcens, damnatam olim Beringarij hæreſim renouauit: quam quod ſacris literis ita repugnare videret, vt ſalua illorum fide defendi non poſſet, non dubitauit aſſerere virum humana ſpecie auguſtiorem ſibi apparuiſſe, qui doctrinam illam veram, & diuinæ voluntati acceptam eſſe affirmarit. hunc ille Deum Patrem, Lutherus, Cacodæmonem fuiſſe contendit. *Zuinglius & Oecolāpadius.* Huldericus Zuinglius eandem de venerando altaris ſacramento impoſturam in Heluetia, & Oecolampadius Baſileæ, quam Carolſtadius in Saxonia publicauit: quoſdam ad hæc ex Neſtorij, & Pelagij proſcriptis erroribus amplexus. *Philippus Melāthō.* Philippus Melanchthon in plurimis Lutherum deſeruit. Bu-

cerus

cerus nunc his nunc illis adhærens, ſingulis momentis credendi formulas mutabat: in Anglia tandem morti proximus, de Chriſti aduentu dubitans, in deſperationem, quæ hæreticæ prauitatis comes eſt, incidit. De Auguſtana confeſsione hoc vnum dicam, quod numquam ſibi ſimilis aut conſtans, quoties procuditur, noua dogmata parturiat: cum nec Brentius Oſiandro, nec Oſiander Suuencfeldio conſentiat. Matthias Flaccius defluere nimio luxu veteres Lutheri aſſeclas ratus, Lutheranos rigidos cẽturiata Magdeburgenſi hiſtoria inſtruxit. omnium tamen nequitiam facile ſuperauit Ioannes Caluinus, hic Zuinglio duce, exitiales primum Argentorati, inde in Gallia tragædias exorſus, vbi conatibus ſuis nec patronos, nec clientes deeſſe vidit, contempta magiſtri ſimplicitate, nouum virus quatuor Inſtitutionum libris Geneuẽſibus, alijſq; perditis hominibus propinauit. atq; hiſce ducibus florentiſsimæ Europæ Prouinciæ, Gallia & Germania, ad extremam propemodum ruinam perductæ: & vt cætera taceam, Scotia omnino perdita.

Bucerus *Auguſtana confeſſio.* *Mathias Flaccius.* *Ioannes Caluinus.*

Quo tempore Lutherus infandum caput contra cælum ſuperoſque extulit in Germania, duos habuit Britannia reges, rara virtute, orthodoxa pietate, animorumque præſtantia vniuerſo orbi terrarum ſpectabiles, & charos: in quorum ſalute & incolumitate magna videbatur eſse poſita ſpes extin-

Qui regnarint in Britannia tempore Lutheri.

Henrici VIII. virtutes.

extinguendi naſcentium errorum incendij: Iacobus V. Scotiæ, & Iacobi auunculus Henricus VIII. Angliæ Reges. atq; hic quidem tot regijs dotibus regni ſui ornauit exordia, vt beata iure meritò diceretur Anglorum gens, cui talem Principem diuina binignitas tribuiſſet. Exorientes primum Lutheri hæreſes authoritate regia ab Angliæ finibus conſtanter arcuit: & ſcripto ad Leonem X. de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis libellò, ab eodem meruit titulum Defenſoris fidei, quo auguſtior nullus Catholico Principi concedi potuit. Verum prout incerti ſunt rerum humanarum exitus, & dubia optimorum etiam virorum in pugnando conſtantia dum viuitur, inſignia illa ac vere regia principatus Henrici initia adeò prauis atque enormibus deprauata fuere ſequentis ætatis ſceleribus, vt ex altiſſimo gloriæ ſolio, in profundiſſimam humanæ nequitiæ abyſſum præceps rueret, terrenus Lucifer; qui ſedem ſuam in aquilone ponens, ſimilis eſſe voluit Chriſto, cui omnis poteſtas data eſt in Cœlo & in terra: Chriſtique Vicario Pontifici Romano, cui dominici gregis cura, ac cœleſtium clauium cuſtodia in Euangelio commiſſa fuit. Qui itaque de ſapientia cum Salomone contendere pridem dicebatur, fœda libidine Sardanapalum, Neronem crudelitate, impietate Iulianum Apoſtatam ſuperare viſus eſt. nam repudiatæ per nefas Catharinæ Reginæ, cum qua viginti

Scribit cō tra Lutherum.

Eiuſdem apoſtaſis.

Catharinam Repudiat.

ſex

ſex annos fœliciſsimè exegerat, & ex qua prolem ſuſceperat, Annam Bolenam, filiam multis clariſque rationibus creditam, inceſtuoſis nuptijs ſuperinduxit, nec vllis Romani Pōtificis, aliorumuè Principum conſilijs à fœdo propoſito deterreri potuit: ab Eccleſiæ tandē Catholicæ vnione, quæ tātam nequitiā ferre nō potuit, anathematis ſententia præciſus, diù multùmque Catholicos afflixit, ſex omnino coniuges habuit Henricus: quarum quinque, aut morte, aut exilio mulctauit, eadem ſors ſextam breui excepiſset, niſi optata tyrrani mors miſeram fœminam imminenti periculo exemiſſet. Roffenſem Cardinalem, ac Morum Cancellarium clariſsima Britanniæ lumina, cum innumeris ex clero & nobilitate, immani ac nunquam audita crudelitate occidi curauit. in D. Thomæ Cantuarienſis, aliorumq; cæleſtium ciuium reliquias, tanta impietate debacchatus eſt, vt cælo ipſi bellum indixiſſe putaretur. Florentiſſimas Angliæ Eccleſias, aut diruit, aut ſpoliauit; Monaſteria euertit, & quidquid antiquam maiorum religionem comprobabat, id ille omni conatu ex hominum oculis mentibuſq; ſuſtulit. Iacobus vero Scotiæ Rex, qui exordia Regni paria cū Henrico, exitum longe nobiliorem habuit, Lutheranæ impietatis ſectatores adeo diuturnis, grauibusq; pœnis merito proſecutus eſt, vt nullus in Scotia eo viuo, ſecus quam Sedes Romana, &

Annā Bolenam ducit.

Anathemate percutitur.

Henrici coniuges.

Roffenſ. Card. & Morus occiduntur.

Henrici impietas in ſanctos & res ſacras.

Iacobi V. Scotiæ R. virtutes.

Hæreticos punit.

Apoſtolica præſcriberet, de vllo fidei articulo ſentire, aut prædicare auderet. Præſulum, quibus Eccleſiarum curam dederat, ne quid detrimenti apud Scotos Catholica maiorum religio pateretur, autoritatem maieſtatis regiæ auxilio imperioq; muniuit. De quo Alexander Aleſius natione Scotus Martinianæ impietatis mancipium grauiſsime queritur edito Vitembergæ libro, in quo Scotiæ Epiſcopos pluribus calumnijs onerat, quod in vulgarem linguam verſorum Bibliorum lectionẽ laicis ignariſq; opificibus negarent. Cuius dementiam inſcitiamq; Ioannes Coclæus acerrimus per Germaniã fidei propugnator, pio eruditoq; ſtilo cõpeſcuit. libellus Dreſdæ Miſniæ ad Albim IV. Id. Ian. Ann. M D XXXII. inſcribitur, *Sereniſsimo Regi Scotorum Iacobo V. Duci Albaniæ, Principi Hiberniæ, Orcadum &c.* quem apud me habeo, luculentum pietatis, virtutiſq; regiæ teſtimonium. nullus in Europa Princeps adeo pio zelo, & acri ſtudio impiã Henrici VIII. apoſtaſim eſt inſectatus, atqui Iacobus: qui ſeueriſſimis legibus cauit; nè vllus Anglicani Schiſmatis fautor in Scotia hæreret. porro vt vidit Henrricum occiſo Roffenſe Cardinale, alijſque memoria æterna dignis Præſulibus Anglis, omni opera anniti, vt ſpecioſus Orthodoxæ Eccleſiæ decor, ac maieſtas in Britannia penitus extingueretur, Dauidi Betonio ſpectatæ eruditionis morumq; viro Romanã purpuram

Præſulum autoritati conſulit.

Aleſij libellus impius.

Ioãnes Coclæus Aleſio reſpondet.

Iacob Henrici apoſtaſim deteſtatur.

Dauid Betonius Cardin. creatur

puram impetrauit à Paulo III. Pontifice Maximo, qui ad tam Catholici Regis preces facilem ſe in primis oſtendit. Et licet præteriti Scotiæ Reges Iacobi maiores diligenter cauerint, ne ciues ſubditiq; ſui Cardinalitia dignitate honeſtarentur, ob ſeditionum metum, quæ inter gentium & familiarum capita & Duces oriri poſſe periculum erat, ſi vnus aliquis reliquis prælatus, huiuſmodi culminis ſplendore emineret: Iacobus non minus pio quam prudenti conſilio Dauidem, nobilem quidem maximo illo honore augendum cenſuit, non tamen plus præ cæteris habiturum autoritatis, quam virtutes purpura dignæ merituræ videbantur. Henricus cum eum diu, ſed fruſtra, amplis promiſsis in partes ſuas trahere tentaſſet, minis agendum ratus, de legibus ferendis cogitare cæpit, quibus omnem ſpem potiundæ olim Angliæ, quam hæreditario iure ad Scotiæ Reges deuolutum iri præuidebat, Iacobo eiusq; poſteris adimeret. ſed parum momenti apud inuictum Catholicumq; viri animum inanes Henrici iniuriæ habuerunt. ille enim Protectoris fidei elogio plus ſe ſe iactabat, quàm cæteris omnibus regiæ maieſtatis inſignibus. tandem vbi Henricus pollicitationibus mitigandi, iniurijsq; fatigandi incredibilem Iacobi conſtantiam, ſpem omnem abieciſſet, nobilium quorundam animos, qui nimiam, vt ipſis videbatur, Regis ſui potentiam

Henrici in Iacobum odium.

Iacobus fidei protector.

Henricus proceres Scotiæ cõtra Iacobum incitat.

grauem, damnoſamq; fore proceribus Scotiæ exiſtimabant, tentat: conſiliaq; de bello contra Angliam ſuſcipiendo diſturbat. Iacobo enim ſtatutum erat Henrici perfidiam hoſtiliter caſtigare. nec defuere qui palam profiterentur ſe nō niſi inuadente Scotiam Anglo arma ſuſcepturos. habitus nihilominus fuit autoritate regia militum delectus, & ſubinde Angliæ fines vaſtati. verum dū æquis viribus in Solinmoſſæo agro pugnandum fuit, Scotiæ proceres vix illatis ſignis capi ſe, ac in Angliam duci permiſerunt, exercitusq; non ſine clade domum redijt: proditionis cauſa prætendebatur, (ne in hoſtis iurati Angli gratiam, cauſam publicam deſeruiſſe putarentur) quod ægrè tulerint proceres imperatoriam autoritatem, & ſummam totius belli Oliuerio Sinclaro nobili, ſed inferioris conditionis viro aulico, ac regis gratioſo, conceſſam. Qui aduerſus prælij caſus, tanto Iacobum animi dolore adflixit, vt breui contracta ex ægræ mentis agitatione febre extinctus ſit. Qua morte Britanniæ res peſſum iuerunt, & Catholica religio penè ſepulta iacuit. Duas habuit vxores Iacobus, Magdalenam Franciſci Primi Gallorum Regis filiam; quæ nullis relictis liberis magnum ſui, ob prudentiam & moderationem, deſideriū omnibus relinquens, occubuit. Secundis nuptijs duxerat Mariam Guiſiam raræ probitatis indoliſq; principem: ex qua duos

Scoti ſe dedūt Anglo in Solmoſſ. prælio.

Iacobus R. moritur.

Iacobi vxores & liberi.

filios ſuſtulit, quorum funera extulit pater,& Mariam filiam, quæ paucis ante Iacobi mortem diebus, in lucem edita fuit.

Sublato e viuis Iacobo, Orthodoxæ fidei & dignitatis Eccleſiaſticæ oculatiſſimo cuſtode, ita vehementibus ſeditionum procellis agitari cæpit Scotia, vt facile appareret, propenſos ad ciuiles turbas iam pridem procerũ animos, Iacobi regis autoritate in officio ad hæc vſque tempora manſiſſe. & Henricus apoſtata, quem ad caſtiganda Britannorum peccata Iacobo ſuperſtitem eſſe voluit Deus, quo Scoticæ nobilitatis animos opportunioribus dolis in ſententiam ſuam pertraheret, eos proceres, qui in Angliam ſtimulante ſcelerum conſcientia, regnante Iacobo, confugerant, vel in Solinmoſſæo prælio capi ſe, regis regniq; cauſa miſerè prodita, paſſi ſunt, in patriam remiſit, muneribus atque intempeſtiuis honoribus auctos. horum enim opera in contrahendis inter Mariam paucorum dierum infantulam, & Edoardum Valliæ Principem nuptijs, vti decreuerat Henricus; quibus coalituras breui Scotiæ Angliæq; vires certo certius ſibi promittebat. Rediere in Scotiam Anglicarum partium fautores Anguſius, Caſſilius, & Glencarnus comites, Maxuellus, Flemingus, & Graius barones, quos noſtri Mylords vocant, vt alios minoris notæ prætercam. hi omnes apud Aranium comitem, cui affinitas

Ad Ann. 1543. Seditiones in Scotia.

Henricus Scotos corrumpit.

Proceres exules, & captiuos in Scotiã remittit.

finitas regia Mariæ tutelam, ſummamq; rerum adminiſtrationem in Scotia procurauerat, Henrici cauſam ſtrenuè, magnaq; fide egerunt; Gubernator quamuis Anglo ſecretis literis ſe iam obſtrinxiſſet, tamen quia inſcijs regni ordinibus rem tanti momenti tranſigere non audebat, procerum ſenatum conſulere ſtatuit: & ne quis adeſset, qui labentis in ruinam Scotiæ, pupillæq; reginæ cauſam ageret, Dauidem Betonium Cardinalem ſacrilego ſcelere in D. Andreæ arce carceri mancipant Anglicarum partium ſtudioſi: cæteros quibus Dei patriæque honos cordi erat, aut mentita legum autoritate preſserunt, aut partim minis, partim blanditijs in ſententiam pertraxerunt Henrici. amoto per vim nefasq; ſupremo per Scotiam animarum cuſtode, mirum dictu quàm latam ſtragem in dominico ouili rugiens ille leo fecerit, præſertim verò in Santandreana dioeceſi, cui præerat Cardinalis: hanc enim tanto impetu celeritateque impietas peruaſerat, vt nullus omnino inueniretur, qui, aut ſacra aut ſacramenta Eccleſiæ Chriſtiano populo adminiſtraret. Gubernator vero quamuis orthodoxam religionem profiteretur, indignum profecto catholico viro facinus admiſit, dum, vt Anglicanæ impietatis fautoribus placeret, Guilanum quendam Apoſtatam, in publica concione diuina atque Eccleſiaſtica iura falſis calumnijs oppugnãtem, non

Gubernator Scotiæ Anglo fauet.

Card. Betonius fit carcerem coniectus

Religionis prima mutatio.

Gubernatoris impietas.

modo

modo non puniuit,ſed præſentia quoq; ſua honorauit. ac tum primum latens in multorum pectoribus virus,omni nimirum legum ſublato metu, prodere ſe, ac diffundere cæpit per vniuerſas regni prouincias; vt fruſtra poſtea in ea tollenda laborauerit Gubernator: tanto nimirum promptiores ſunt mortales ad peccata principũ, quàm virtutes ſequendas. Anglus interea, qui nullo alio fine verã catholicamq; fidem in Scotia euerſam cupiebat, quam vt rebus ſuis, Angliæq; ſecuritati conſuleret, acceleranda per oratores Regni comitia, nè Scotiæ proceribus pœnitendi daretur tẽpus,curauit:in quibus Maria infans Edoardo Henrici filio publica fide promiſſa fuit. verum Deus qui Mariæ, nobiliorem regio diademate coronam in Anglia parauerat,humana illa conſilia cœleſti ſua prudentia confudit.Obſtabat ſumma vi Angli conatibus Maria Guiſia Reginæ mater,cuius in Orthodoxa fide colenda, defendendaq́; conſtantia nunquam non laudabitur à Scotis. acceſſere ad Guiſiæ conſilia, præter Catholicos præſules,Lenoxij Comitis in Scotiam aduentus, qui à Gallo, vt nuptias foedusque Anglicanum impediret,miſſus erat, & Betonij Cardinalis liberatio: quæ eo gratior fuit, quo minus erat expectata. inter hos actum, vt Regina Galliæ Delfino in coniugẽ daretur. *id Catholicæ religionis incolumitatem, id arctum inter Scotos, Galloſque fœdus requirere;*

In Comitijs Maria Anglo promittitur.

Maria Guiſiæ prudẽtia.

neque

neque vlla alia ratione Henrici ſtudia de euertenda apud Scotos fide ac libertate eludi poſſe. Sed Lenoxius comes, qui Galliarum Regis voluntatē propenſumq; in Scotiæ cōmoda animum magnificis verbis primum extulerat, neſcio quà mentis inconſtantia, Galliæ patriæq; cauſam deſerens, ad Anglum deficit. iacturam tamen minore ſuo damno experta Guiſia, quod Aranius Gubernator, Lenoxij odio ad munus ſuum rediens, Reginæ Scotiæque tutelam in ſe receperit: idq; maximo ſuo bono nam Caſtri Eraldi Ducatus in Gallia fidi erga principem obſequij præmium ei datus fuit à Franciſco I. rege munificentiſsimo. ita priuatis inter Gubernatorem, & Lenoxium contentiònibus tranquillitas publica omnino turbata: regni proceribus, prout apud noſtrates moris eſt, hunc aut illum, pro affinitatum vel amicitiæ ratione ſequentibus.

Lenoxius ad Anglū deficit.

Gubernator Anglum deſerit.

Inter hæc Paulus III. Pontifex Max. eorum quæ in Scotia gerebantur, certior factùs, Marcum Grimanum Patriarchàm Aquileienſem; cunctis magno præſule dignis virtutibus ornatum, ad noſtrates cum autoritate legati à latere miſit. mirum quantum ſolatij Orthodoxæ fidei profeſſoribus inſignis hæc Pontificis ſollicitudo attulerit. illud verò in primis gratum bonis omnibus fuit, quod nuptias Mariæ cum Edoardo multis grauibus rationibus improbaret. *Vellent ne Scoti libertatem illam, quam tot inter pericula necesſque, tanta cum gloria eorum maiores*

Ad Ann. 1544.

Patriarcha Grimanus in Scotiam miſſus.

Nuptias Mariæ cū Anglo improbat.

maiores defendiſſent, vnico matrimonio proſtituere: qui ſi reginam in Anglia haberent, inde leges ac iura, præmia quoque ac ſupplicia expectarent neceſſum fore. eoſdem hoſtes habere, ac dominos, miſerum videri; ſed potiſsimum Scotis; qui optimorum regum imperio aſſuefacti, libertate quadam in regno fruerentur. neminem ignorare quibus de cauſis Scotorum amicitiam peteret Henricus; vt ſcilicet eorum opibus viribuſq; contra Cæſarem, contra Gallum, ac ipſum Deum, ſi fieri poſſet, ſeſe tutetur; cui ſi reſiſterent, non defuturam ſedulam Romani Pontificis aliorumque Principum operam, cœliteſque ipſos, quorum præ cæteris res ageretur, Scotis laturos opem. plurima alia de propugnanda in Scotia Orthodoxa fide magna cum prudentia egit.

Diſceſſurus Patriarcha legati poteſtatem, quod ea dignitas Scotiæ rebus plurimum conducere videretur, Betonio Cardinali reliquit. cuius egregia illa in ſtatione reſplenduit induſtria: nam ſuſcepta in ſe religionis promouendæ cura, congregatis Andreopolim regni præſulibus, de ſingulorum mentibus diligenter inquiſiuit. Mox Georgio VViſchero, qui hæreſim in Scotia, magna cum libertate promouere ſtudebat, diem dixit. is vbi nec ratione, nec minis ab inſana mente flecti potuit, flammis puniendus traditur. quem Pſeudomartyrum ſuorum Catalogo aſcripſerunt Sectarij; quaſi ſuos in omni virtute mimos non haberet tenebrarum Princeps. nam vt eos tranſeam, qui ſe idolis immolandos ſponte alacriterq; olim obtulerunt,

Card. Betonius legatus in Scotia.

G. VViſcherus cõburitur.

Pſeudomartyres multi.

quid non Manichæi, Montani, Donatiq; ſectatores, cum alijs priorum temporum hæreticis, in impijſſimis erroribus ſtabiliendis pertulerunt? conſulatur D. Auguſtinus, cuius inter cætera hæc aurea verba habentur: *Martyrem non pœna ſed cauſa facit: illa æqualis eſſe poteſt, hæc diuerſa eſt: vnius cauſa Zelus, alterius deſperatio eſt: ille occiditur, hic coronatur.* Sumptũ de VViſchero ſupplicium magno terrore res nouas molientes perculit, qui dum lenta viderent Angli in Scotia euertenda ſtudia, tardoſque proceres, quos hæreſis corruperat, in Cardinalis tyrannide, vt ipſis videbatur opprimenda, priuatis conſilijs in ſacrum eius caput conſpirant. nouem omnino numerãtur impiæ coniurationis ſocij: nobilitate cæteros anteibant Normannus, & Ioannes Leslæi, Rhothesij Comitis hic frater, ille filius: hærentibus, ſtupentibuſq; ad tantam impietatem iuuenum animis, acres ſtimulos addebat Ioannes Cnoxius omnium, quos vnquam Scotia protulit mortalium perditiſsimus: de cuius ſacrilegis auſis erit poſtea dicendi locus. paratis itaq; ad ſcelus mentibus manibuſque ſummo mane D. Andreæ arcem, in qua Cardinalis tum forte morabatur, ingreſsi, recta ad ipſius cubiculum ducente Normanno pergunt. huius cum Cardinale ſingularis familiaritas effecit, vt nil mali ſuſpicarentur famuli. quid plura? occurrentem magna cum humanitate Cardinalem, inaudita barbarie necant; nulla vel

Sectarijin Card. conſpirant.

Occidunt Ann. MDXLV.

vel religionis, vel dignitatis habita ratione. corpus, cui impie ac ſcurriliter aliquandiu illuſerant, ad feneſtræ cancellos, vt omnibus ſpectaculo eſſet, fune appendunt. peracto ſcelere, amicos familiareſque Cardinalis in vincula conijciunt: occupataq; tam ſacra, quam reliqua ſupellectile, arcem firmo præſidio muniunt: quæ, non niſi decimo quinto menſe poſt quam capta fuit Gallorum armis, qui ductu Petri Strotij in Scotiam ſedecim triremibus vecti; vt Reginæ Catholiciſque auxilio eſſent, recepta fertur; ſicarios protegente Henrico VIII. Atqui hos primos apud Scotos fructus produxere reformata Lutheri Caluinique dogmata: quorum cum ratio omnis in armorum vi poſita ſit, facile videmus quantum à mitibus Chriſti in Euangelica lege præceptis diſcrepent.

Corpori illudunt.

Arcem muniunt.

Extincto tandem infelici exitu Henrico VIII. miſeriarum Angliæ, bellorumq; inter eam, & Scotiam vna cum origine extincta credebatur occaſio: quam hominum opinione longe diſpar excepit euentus. nam in patris regnum ſuccedens Edoardus nouem annorum puer, Anglos maximo cunctorum cum damno experiri coegit, Væ illud, quod in diuinis literis populo, cuius Rex puer eſt, prædicitur. hic ſiquidem, nè à paterna impietate degeneraſse putaretur, Anglicanæ Eccleſiæ non minus, quàm regni Princeps & caput haberi voluit. nec puduit tot ætate, ac doctrina ſpe-

Ad Ann. 1547. Henricus VIII. moritur, cui Edoardus ſuccedit.

Edoardus Eccleſiæ Anglicanæ caput.

ctabiles antiſtites, Eccleſiæ imperium ei prodere; cui in minimis regni negocijs, immo in proprijs quotidianiſque actionibus, alieno iudicio & ductu viuendum erat. cum itaque nomine ſolo Rex eſſet Edoardus, rerum ſumma Seimero auunculo, is Somerſetẽſi poſtea ducatu honeſtatus fuit, cum titulo Protectoris: Regis ac Regni delata. hic ſchiſmati quod inchoauerat Henricus, Zuinglianæ hæreſis, quà ipſe imbutus erat, præcepta addidit; vix enim fieri poſſe credebat, vt Angli ſi cætera catholicæ religionis dogmata colere ſinerentur, Romani Pontificis Maieſtatem autoritatemque in nouennalem puerũ transferri paterentur. & hæc cauſa eſt, cur in religione mutanda, celeritate, quæ in huiuſmodi rebus alias ſemper obfuit, vſum credam Seimerum. Mariæ interim nuptias cum Edoardo omnibus ſtudijs, nec minore diligentia quam Henricus olim ambire cepit. atque vbi fruſtra legationibus, ac conſilijs rem agi vidit, maximo inſtructus exercitu Scotiæ fines intrat, Regi ſuo ſponſam armis vindicaturus. noſtrates, qui nihil vi agere videri volunt, eo pertinacioribus animis, fœderis ab Anglo propoſiti conditiones, reijcere. *Mariam ſi Scotiæ proceribus ita videretur, minore longe comitatu in Angliam deduci poſſe, hiſce inuitis inanem eſſe tanti exercitus oſtentationem, qua hoſti quam proco aptior eſſet: habere illam parentem, habere conſanguineos orthodoxæ fidei in primis ſtudioſos, hos Henrici amicitiam ob ſchiſma reieciſſe; eoſdem*

Seimerus Angliæ Protector Hæreticus.

Cur Seimerus hæreſim propagarit in Anglia.

Nuptias Edoar. cũ Maria vrget Seimerus.

Catholici illas nuptias improbant.

dem Edoardi affinitatem propter hæreſim auerſari. hæ regiorum voces, ſed alius omnino erat nouatorum ſenſus. *qui negligi Angli potentis, viciniq; Principis æqua poſtulata querebantur, nihil à Gallo ſperari poſſe nouo hoc matrimonio, niſi quæ antiquis arctiſsimisq; fæderibus præſtare teneretur; eius amicitiam caro ſemper ſtetiſſe Scotis, quorum ſanguine aleretur; auxilia vero, aut exigua, aut ſera noſtratibus ſemper fuiſſe; qui ex octingentorum prope annorum fædere cum Gallo, ſolas clades pro lucro haberent. Et ſi Duces, Pares, & Comites Stabuli Scoti in Galliæ annalibus numerentur, paucorum ea eſſe decora, multorum cædibus, & manifeſto totius Scotiæ damno acquiſita.* Sic diuiſa hominum ſtudia Scotiæ cauſam perdidere. nam quamuis Catholicorum ſententia, qui ducendum contra Anglos exercitum contendebant, præualuerit; effecere nihilominus alterius partis fautores, vt magna Scotorum militum caterua inito certamine pedem referret. Victor Anglus ad Muſſelburgum vni, ac alteri Caſtello validum imponens præſidium, exercitum reduxit: captus Huntlæus Comes magnus Cancellarius, cum baronibus aliquot. Ex eo tempore labi in Scotia, ac penè deſtitui religionis cauſa, magniq; fieri Angli nomen & impietas cæpit: omnia pro hæreſis cultoribus, in maius augentibus ſectarijs miniſtris. Senſerunt malum Scotiæ Præſules. ſed cum nulla eſſet inter hæreſis profeſſores vna certaq; ſententia de fide quam propugnandam ſuſceperant, eo difficiliora appa-

Hæretici probant.

Diſsidiū Scotorum exercitū prodit Anglo.

Inualeſcit hæreſis.

apparebant remedia, quo malum ocultius, minusq; notum erat. Antiſtites tamen coacta Litquoi prouinciali ſynodo, ne nihil egiſſe viderentur, cuiusuis hæreſis Sectatoribus anathema dixerunt; ac ſeſe Romano Pontifici, ſacroque Tridentino Concilio, quod tum celebrabatur, mutuo religioſi ſacramenti vinculo, ad vnũ omnes aſtrinxerunt: quidquid orthodoxus ille præſulum cætus probaret, damnaretuè, id ſe probaturos, damnaturosuè ſpopõderunt ſinguli. Sed parum apud Sectariorum numeroſam multitudinem paucorum præſulum valuit autoritas: nam quà inſito mortalibus nouarum rerum ſtudio, quà propoſitæ libertatis dulcedine, omnes ferè orthodoxæ veritatis diſciplinæq; tædere cœpit: eos præſertim quos voti ſacra religio à fœdo voluptatum commercio remouerat. horum exemplo cæteri, omnia ſibi licere exiſtimantes, in peiora ruebant.

Præſules Scotiæ hæreticos damnant.

Ad Ann. 1548. Maria R. in Galliã traijcit.

Guiſia Reginæ mater, cæteriq; qui miſerum Scotiæ ſtatum, nec tutum nec cõmodum Mariæ regni hæredi cernebãt, facile paſsi ſunt, eã in Gallias ad nurum ſocerumq;, à quibus magnis votis expetebatur, deduci. profectionem hãc ægerrimè tulit Anglus: qui ab omni nuptiarum cum Maria contrahendarum ſpe deiectus, Scotorum fidem erga principem per factionis ſuæ conſcios tentandam curauit. Sed cum apertam rebellionem nullis rationibus Scoti eſſent admiſſuri, defectio turpis

Anglus Scotos ad rebellionem mouet.

pis

pis honeſta religionis ſpecie velata fuit. Primæ querelæ in Guiſiæ Gallorumque ſuperbiam: proximæ de ſolutioribus Eccleſiaſticorum moribus; tandem de non ferenda Papiſtarum, ſic illi Catholicos per iniuriam vocare, ſuperſtitione & idolatria ſermones miſcebantur. Venere in Scotiam præter apoſtatas quoſdam, qui ex Saxonia vicinaq; Anglia irrepſerant, nonnulli Caluinianæ impietatis miniſtri, puriora ſcilicet fidei dogmata, quam Lutherus inter pocula eructauerat, noſtratibus propinaturi. his nihil ferè cum prioribus commune erat, præter quam vecors in Orthodoxam Eccleſiam odium, & conſtans in regnorum tranquillitate euertenda ſtudium. iamque priuatis concionibus ad publicos hominum cætus prodierant nonnulli audacia non minus, quam hæreſi armati; e quibus aliquot ad reddendam de fide rationem vocandos curauit præſulum conuentus Edimburgi habitus. impietatis rei non alia pœna damnati, quam vt D. Ægidij vrbis illius tutelaris natali die, hæreſim eiurarent. non enim grauiora ſupplicia illa ferebant tempora. Sectarij, habitis inter ſe multis congreſsibus, ſuos ab ignominia vindicare ſtatuunt; & die nocentium expiationi deſtinato magno numero in forum, quod publicis ſupplicationibus luſtrabat clerus, tumultuario impetu facto, omnium ordines turbarunt; atq; comminuta

Caluiniſtæ in Scotiã veniunt.

Leui pœna damnãtur Sectarij nonnulli.

Impium & audax hæreticorum facinus.

ta D. Ægidij, quæ circumferebatur, imagine, paucos qui ſiue conſcientia ducti, ſiue legum metu hæreſi renunciaturi aduenerant, ſubtraxere. atqui tum demum animaduertere ceperunt noſtrates, in quantam molem leuia queq; mala, ſi negligantur, excreſcant. auxit noſtrorum miſerias intempeſtiuus quorundam præſulum interitus; quorum virtute & doctrina Catholica fides non ſolum in præſenti rerum turbulento ſtatu defendi, ſed etiam inſtaurari ac promoueri in Scotia poterat. in his Robertus Vuachopus, qui licet ſubleſtum ac tenuem oculorum vſum haberet, inſigni tamen vir mentis acumine præditus ea omnia meritis ſuis eſt aſſecutus, quæ ad humanæ vitæ vtilitatem, vel ſplendorem conducere ſolent. Diuinarum literarum magiſter, ac publica profeſsione Lutetiæ clariſſimus; in rebus grauioris momenti peragendis paucis ſuæ ætatis ſecundus, Legationes ad Cæſarem, ac Galliæ Regem, Iulij, Pauliq; Pontificum nomine, celeriter feliciterq; obiuit. in Armachana Eccleſia, cui Archiepiſcopi dignitate præerat, oculatiſsimi Paſtoris munere functus, ter aut quater diebus ſingulis populum per interpretem, (Hibernici quippe idiomatis erat ignarus) de diuinis rebus alloquebatur, in Tridentina Synodo pij doctiq; Præſulis vice functus, magnum bonis omnibus ſui deſiderium moriens reliquit. Orcadum quoq;, Brechenenſis, ac Roſſenſis Epiſcopi,

Moriuntur quidã Præſules Catholici.

Robertus Vuachopus.

ſcopi, ne perituræ ſupereſſent patriæ, in cœlos migrarunt. atq; hi quidem naturæ cedentes glorioſam mortem oppetierunt. Sed Eccleſiæ bono mortuus eſt Iacobus Stuartus, nothus Iacobi V. Regis filius: qui quum ſacræ Eccleſiaſticæ hierarchiæ dignitate & opibus frueretur, (erat enim D. Andreæ Prior) viléſcere & in tanta morũ libertate religioſum nomen cœpit. factus tãdem Orthodoxæ fidei non modo deſertor, ſed hoſtis etiam proclamatiſſimus Romanæ ſedis, Argadiæ comiti Sectariorum tunc temporis Mœcenati, ſocium ſe in rebus nouandis coniunxit. horum patrocinio tecti de fœce plebis duo, Maſſenius, & Harlaus, ille ex piſtore, hic ex ſartore verbi Dei, ſi dijs placet, præco, cum Grantio Barone viro alioqui manu ſtrenuo, ſed apoſtata inſigni, priuatas publicasq; obibant ædes; plurima in corruptos, heu, ſacerdotum mores, plura in fidem ipſam fictitia pietate differentes, non paucos à veritatis ſemita abducebant.

Iacobus Stuartus à fide deficit vnà cũ Argadiæ Comite.

Duo inſignes Miniſtri.

Scotiæ regimen, à filia Galloq; in ſe collatum, Maria Guiſia tum forte ſuſceperat, quæ omnia Regentis nomine, atque autoritate moderabatur: huius in Catholica fide promouenda, potentia magis, quam voluntas deſiderabatur. oblata ei ab aliquot Regni proceribus fidei, quam ipſi falſo nomine reformatam vocabant, capita toleranda, vt videri volebant, pietatis ſpecie, ad fraudem

Ad Ann. MDLIX. Guiſia Regens.

Fidei capita ab hæreticis oblata Regenti.

cautius tegendam effi̵cta efformataq; in hanc ſententiam fuerunt.

Primum. Vt ſacra bibliorum volumina vulgari idiomate edita omnibus legenda offerrentur: nec alio quã patrio ſermone ſacrificia, Preces, & cætera diuini cultus munia obirentur à Sacrorum curatoribus, ita enim omnibus nota fore, non ſolum Sacerdotibus quæ peragerentur myſteria. egregium certe commentum ad imperitam plebem curioſaſque muliercula insignis beneficij ſpecie captandas.

Secundũ. Ne Eccleſiarum Præſules atq; Antiſtites, aliorum quam Procerum diœceſis cuiuſq; ſuffragijs, ad ſacræ Epiſcopalis ſedis regimen admitterentur. quid ad nobilium fauorem aucupandum excogitari potuit accomodatius?

Tertium. Vt qui minoribus, quas Parrochiales vocant, præeſſent Eccleſijs, niſi ſingulari doctrina relucerent, ſacerdotia ſua eruditioribus dimitterent. quid iſto acceptius eſſe potuit ſciolis, quibus tunc Scotia noſtra abundabat? exitus enim hoc ipſum comprobauit, nam plurimos ex tumultuaria iuuentute, qui ſibi plurimum ſapere videbantur, ſpe hac in ſententiam ſuam pertraxerunt nouatores.

Quartum. Vt denique illi omnes, quorum vita morum ſeu improbitatis, aut peccati alicuius labe palam notata eſſet, ab omni ſacrorum cura remouerentur.

Pro regina regijſue nihil petiere, ſiue quod illas partes ſibi oppugnandas propoſuiſſent, ſiue

quod illorum fauorem impietatis blanditijs demereri omnino deſperarent. Regens ſingularis prudentiæ mulier, publice prius liberali ſententia profeſſa, rerum Eccleſiaſticarum & dogmatum definitionem ad ſe minime ſpectare, nec quidquã ſibi videri reformandum, libellum tamen eorum, dicis cauſa, examinandũ tradidit ijs, quibus ex officio res ſacras dijudicandi ius competit: hoc eſt, regni Præſulibus, qui Edimburgi ad Orthodoxæ fidei veritatem accõmodatis tempori legibus muniendam frequentes conuenerant. Illi ijs quæ propoſita erant, maturo examine diſcuſsis, hæreticas fraudes detexere (quis enim non videret pellibus ouium veſtitos lupos rapaces?) quorum impia conſilia eo ſpectabant, vt nouatoriæ artis ignaros, præclaro reformatæ religionis titulo, in errorum mendaciorumq; præcipitia actos ad quidlibet cõtra Deum Deique electos principes audendum impellerent.

Regentis prudentia & pietas.

reſponderunt communi conſenſu Epiſcopi, ſacrorum codicum vſum non temere cuiq; e plebe concedendum eſſe: ſed ijs tantummodo, quorum ea eſſet doctrina & probitas, vt ſanam ſcripturarum ex mente Eccleſiæ interpretationem à falſis apoſtatarum deliramentis diſcernere, & cœleſtis vitæ verbum, à litera quæ occidit, diſtinguere noſcerent: plurima enim in ſacris voluminibus contineri, quæ talium myſteriorum ignaris, aut Theologiæ ſtudio leuiter tinctis pugnare inter ſe,

Epiſcoporum reſpõſa ad capita ab hæreticis oblata.

Ad primũ

nonnulla etiam quæ humanis rationibus contraria, prima facie apparerent. accedit vulgarium idiomatum pro cuiusq;arbitratu mutatio frequẽs; & de illorum ſententia grauiſsimæ inter homines controuerſiæ: quæ etſi in populari ſermone vtcunq; ferendæ eſſent; aliam tamen eſſe, ac longe diſparem de diuinis rationem, quæ humanis miſceri ſine magna temeritate non poſſent. Liturgias verò, preces, & ſacrificia publica ijs linguis exprimenda, quæ conſtante nationum conſpiratione ſacroſanctæ atque inuiolabiles, intactam & integram ſeruarent eam fidei rituumq; vnitatem in rebus diuinis, quà Chriſtus Eccleſiam ſuam contra omnem terrenam inferamq; poteſtatem armauit. In Sacerdotijs conferendis nihil omnino immutandum decreuerunt Præſules, quòd ea quæ Deo olim magna pietate oblata fuiſſent, non poſſent ſecularibus viris, ſine fæda ſacrilegij nota, ſubijci. Presbyterorum quorundam inſcientiam, ac mores parum decoros ſe quoque vehementer damnare, reſponderunt Antiſtites: plurimumque dolere commune illud orbis Chriſtiani, ac vnum fortaſsis malum, quod diuina iuſtitia punitura in præſentia ſeuero hæreſis flagello videretur: eamq; ob cauſam conueniſſe Tridenti, ex omnibus gentibus viros probitate doctrinaq; conſpicuos, apoſtolica autoritate eo vocatos, vt illum ceteroſque Eccleſiaſticorum morbos ſalutaribus curarent remedijs

Ad ſecundum.

Ad tertium et quartum.

remedijs. interim dum œcumenici Concilij oracula, & ſcita expectarentur, quæ Scotiæ cum cæteris omnibus regnis communia forent, opem operamq; ſuam in Clero ad omnem virtutem efformando promiſerunt.

Verum quæ ab illis, aut prudenter dicta, aut fide bona promiſſa, parum valuerunt apud impios apoſtatas: quibus propoſitum erat non prius quieſcere, quàm Scotia omnium calamitatum inundatione vaſtata triſte prævaricationis ſpectaculum Europæ daret. totius impietatis duces ac Coryphæi præcipui numerantur, Ioannes Cnoxius & Vuilloxius, Calvinianæ nequitiæ aſſeclæ, hi vbi perſpectis popularium ſuorum animis, in fidei rebus dubios pleroſque hærere animaduerterunt, non iam de vernacula bibliorum verſione, non de Sacerdotiorum collatione, aut de Eccleſiaſticorum doctrina ac moribus agendum rati: ad maiora facinora, quibus tempora fauere videbantur, ſeſe accingunt. ac poſtquàm multa contra Catholicam Eccleſiam, eiuſque dogmata tumultuarijs concionibus euomuiſsent, tandem ipſa Orthodoxæ fidei fundamenta crebris mendaciorum arietibus concutientes, fanaticis vocibus, quas ſuſpirijs & lachrymis ſtudioſè miſtas, ad affectus ſimplicis & iam commotæ plebis compoſuerant, proclamare cœperunt: *Euangelij ſplendorem, iam à multis ſeculis ignorantiæ tenebris offuſca-*

Hæreticorum impietas.

Cnoxius & Vuilloxius res turbant.

Publicè cõtra fidem concionãtur.

tum iacuiſſe, & latuiſſe hactenus mortalium aſpectus veritatem omnem; Romanam Eccleſiam in omnibus tam fidei, quam morum dogmatibus erraſſe: quid plura? templa, inquiunt, *veſtra, Scoti, non aliter, quàm delubra gentilium idolis, ac inanibus mortalium ſimulacris,* Chriſti ſanctorumq; imagines deſignantes, *referta videtis. agite igitur, ſi viri eſtis quos vllus Chriſtiani nominis amor tangit, diruite, diripite, incendite hæc dæmonum fana, altaria, quæ cum Moſaica lege perire debuerunt, euertite: id cuiq; pro mercede erit, quod primo occupauerit.* Hæc vbi Perthi in conferta multitudine diſſeruiſſent, tantus animorum motus factus eſt, vt nulla autoritate magiſtratus, nulla ſceleris verecundia, nulla deniq; religionis reuerentia, inſana nec ſatis ſibi præſens plebecula contineri potuerit, quin armis ſatibusq; inſtructa ad Eccleſias rueret. qui viribus cæteris præſtabant effractis portis in ea omnia, quæ vſui ſibi eſſe poterant, auidè inuolarunt: direpta Eccleſiarum ſupellectile, tectis alijsq; operibus quæ ignem concipere poterant flammas iniecere: cætera cuneis arietibusq; proſtrata. eadem ſæuitia, barbariesq; monaſteria peruagata, lugubrem metum ſpectantibus iniecit. pulſi ſedibus ſuis viri ſolemnibus votis Deo ſacri quærebant in priuatorum domibus latebras, quorum clauſtra pro aſylis publicis ab omni retro memoria ſunt habita. Et D. Brunonis ſodales, quibus nihil hactenus cum mortalibus, immo nec ſermo ipſe communis, ad de-

Perthi ſacra euerſa.

Monaſteria diruta

Sodales D. Brunonis.

ad deuia prolapſi in ſpeluncis & cauernis propoſiti ſui memores latebant; Antichriſti furorem mundum inuaſiſſe arbitrati hi tanto longius quam cæteri ab iniuria aberant, quanto à perditiſsimorum hominum conſortio remotiores. decurrentes interim per cuncta publicarum ædium tecta voraces flammæ, vix à priuatis domibus arceri poterant; conuerſa itaq; hominum ſtudia ad ignem, quem ſuis ipſi manibus accenderant, reſtinguendum; abſumpta iam magna oppidi parte, ſero incuſare cœperunt, tam ſuam quam miniſtrorum ſuorum impiam temeritatem. Sed totius mali duces fuga ſe iuſtæ populi iracundiæ ſubducentes, Andreopolim ierunt, nouam rei benè gerendæ ac continuandæ occaſionem præſtolaturi. Guiſia Regens audita impietate Perthum aduolat, multis Præſulibus regniq; Proceribus comitata; ſed acta iam tragœdia, conclamatumq; & complicatum, vt dicitur, ſiparium erat.

Sacræ ædes incenduntur.

Miniſtri Andreopolim pergunt.

Regens Perthum proficiſcitur

Regens ex Catholicorum ſententia de ſacrilegij auctoribus, & reis inquiſitionem fieri curat; Sed ab Argadiæ Comite, & D. Andreæ Priore deſeritur; qui Andreopolim maxima celeritate profecti, Regentis in hæreſi profliganda conſilia ſectarijs produnt, opemq; contra ſuam in ea ſtabilienda fore promittunt, nec promiſsis defuit fides, nam rebellium partes tanta autoritate viribusq; iuuere; vt illi compoſito agmine Fifam prouinciam

Argadius et Notbus ad Sectarios tranſeunt.

Fifa Prouincia vaſtatur.

tum iacuiſſe, & latuiſſe hactenus mortalium aſpectus veritatem omnem; Romanam Eccleſiam in omnibus tam fidei, quam morum dogmatibus erraſſe; quid plura? templa, inquiunt, veſtra, Scoti, non minus quàm delubra gentilium idolis, ac inanibus mortalium ſimulacris; Chriſti ſanctorumq; imagines deſignantes; *referta videtis. agite igitur; ſi viri eſtis quos vllus Christiani nominis amor tangit; diruite, diripite, incendite hæc dæmonum fana, altaria, quæ cum Moſaica lege perire debuerunt, euertite; id cuiq; pro mercede erit, quod primo occupauerit.* Hæc vbi Perthi in conferta multitudine diſſeruiſſent, tantus animorum motus factus eſt, vt nulla autoritate magiſtratus, nulla ſceleris verecundia, nulla deniq; religionis reuerentia, inſana nec ſatis ſibi præſens plebecula contineri potuerit, quin armis facibusq; inſtructa ad Eccleſias rueret: qui viribus cæteris præſtabant effractis portis in ea omnia, quæ vſui ſibi eſſe poterant, auidè inuolarunt: direpta Eccleſiarum ſupellectile, tectis alijsq; operibus, quæ ignem concipere poterant flammas iniecere: cætera cuneis arietibusq; proſtrata. eadem ſæuitia, barbarieſq; monaſteria peruagata, lugubrem metum ſpectantibus iniecit. pulſi ſedibus ſuis viri ſolemnibus votis Deo ſacri: quærebant in priuatorum domibus latebras; quorum clauſtra pro aſylis publicis ab omni retro memoria ſunt habita. Et D. Brunonis ſodales, quibus nihil hactenus cum mortalibus, immo nec ſermo ipſe communis,

Perthi ſacra euerſa.

Monaſteria diruta

Sodales D. Brunonis.

ad de-

ad deuia prolapſi in ſpeluncis & cauernis propoſiti ſui memores latebant; Antichriſti furorem mundum inuaſiſſe arbitrati hi tanto longius quam cæteri ab iniuria aberant, quanto à perditiſsimorum hominum conſortio remotiores. decurrentes interim per cuncta publicarum ædium tecta voraces flammæ, vix à priuatis domibus arceri poterant; conuerſa itaq; hominum ſtudia ad ignem, quem ſuis ipſi manibus accenderant, reſtinguendum; abſumpta iam magna oppidi parte, ſero incuſare cœperunt, tam ſuam quam miniſtrorum ſuorum impiam temeritatem. Sed totius mali duces fuga ſe iuſtæ populi iracundiæ ſubducentes, Andreopolim iuerunt, nouam rei benè gerendæ ac continuandæ occaſionem præſtolaturi. Guiſia Regens audita impietate Perthum aduolat, multis Præſulibus regniq; Proceribus comitata; ſed acta iam tragœdia, conclamatumq; & complicatum, vt dicitur, ſiparium erat.

Sacræ ædes incenduntur.

Miniſtri Andreopolim pergunt.

Regens Perthum proficiſcitur

Regens ex Catholicorum ſententia de ſacrilegij auctoribus, & reis inquiſitionem fieri curat. Sed ab Argadiæ Comite, & D. Andreæ Priore deſeritur; qui Andreopolim maxima celeritate profecti, Regentis in hæreſi profliganda conſilia ſectarijs produnt, operamq; contrà ſuam in ea ſtabilienda fuſè promittunt, nec promiſsis defuit fides, nam rebellium partes tanta autoritate viribusq; iuuere; vt illi compoſito agmine Fifam prouinciam

Argadius et Nothus ad Sectarios tranſeunt.

Fifa Prouincia vaſtatur.

ciam hoſtiliter inuadentes, Lendoriſium & Belmoræum ſplendida monaſteria, cùm reliquis omnibus Eccleſijs, ſacellis, ac ſacrorum cuſtodibus, direpta incenderint. religioſos ſacerdotes nullo diſcrimine, aut vitæ ſanctioris reſpectu, ab altaribus protractos in compedes & ergaſtula detruſos, ijs omnibus affecerunt iniurijs, quas armata hæreſis excogitare ſolet. Verum omnium miſerrima videbatur conditio earum virginum, quæ cœleſti ſponſi amore captæ, in monaſticis clauſtris à promiſcuo mortalium conſortio ſemotæ, ætatem Deo ſuperisq; gratam transigere decreuerant. hæ inſanientium militari licentia apoſtatarum ludibrio expoſitæ, cœlos intueri, auxilium vindictamq;, & quid non depoſcere? nunc lachrymis, nunc diris, nunc omnibus omnia fœmineo planctu, & non profuturis quæſtibus implentes, popularium ſuorum, heu, fidem nequicquam implorabant. nec profectò ad tantam impietatem, & dementiam Scotos peruenisse credebant, vt patriæ ſacris cum reliquo Chriſtiano orbe communibus; quibus & Danus & Saxo pepercisset, impias iniicerent manus.

Virgines Moniales monaſterijs eiectæ.

Guiſia quæ relicto Perthi præſidio Edimburgum redierat, conſilij dubia, nec quæ tanquam malis opportuna eſſent remedia ſatis certa; Hunthæum Comitem ad rebelles miſit; qui æquis conditionibus eos ad arma deponenda induceret. Illi

Regens pacem cum hæreticis ſtabilire fruſtra tentat.

omnes

omnes pacis leges recuſare,& regentem quaſi ſupplicem contemnere:& quo maiorem nominis ſui terrorem æſtimationemq; omnibus inijcerent, Perthanum præſidium magna vi adorti, breui expugnarunt. Inde ad Regium Sconæ monaſterium feſtinatione maxima profecti, ſacra ac profana more ſuo confuderunt. Eccleſiæ verò ſupellectilem, quam multorum regum pia liberalitas in coenobio illo congeſſerat, auide expilarunt: Chriſti Saluatoris, ac ſanctorum imagines, quas deuota maiorũ religio ſuo cultu venerandas propoſuerat, aut igne aut ferro conſumpſerunt, non ſecus ac ſi proditorum, aut parricidarum fuiſsent. ædificia ſolo æquata: nihil intactum: omnia diruta iacuere: vt longum eſſet recenſere quæ ſubinde in proximis prouincijs, cis, & vltra Forthæ æſtuarium, Stirlingi & Lithquoi ab hæreticis & Apoſtatis prauitatis & furoris diabolici edita ſunt ac patrata argumenta: nullo enim tempore locoue ſibi diſsimiles, ea ſacrilega vi euertebant, quæ cõmuni gentium conſuetudine in captis ab hoſtibus ciuitatibus intacta permanent. Tranſiere ad impia ſigna Glencarniæ Comes, & Boydus baro, cum alijs pluribus: apud quos rerum euentus proſperi, ac prædæ ſpes certa plus momenti habuerunt, quàm æquitas aut religio. horum viribus, nouisq; procerum defectionibus freti, recta Edimburgum, quod regni caput eſt ac ſedes re-

Hæretici Perthum expugnãt Sconę monaſteriũ expilant.

Eandem impietatem in alijs locis exercent.

Quidem nobiles ad ſectarios deficiunt.

Q gum,

gum, proficiſcuntur. Regens, ciuium fide & animis longa oratione exploratis, rebellium victorijs officij ſui immemores factos eſſe animaduertens, Dumbarrum iter inſtituit relicto Edimburgo; in quod fauſtis multorum acclamationibus nouatores recepti, Eccleſiarum quidem theſauros expilarunt, in cæteris tamen maiore moderatione, quam alibi vſi ſunt: ne incolarum, qui ad iniuriam vindicandam pares erant, iram in ſe concitarent. à priuatorum itaque damno temperatum eſt vtcumq; ſed regia domus direpta ac vaſtata, & ærarij præfectus in carcerem coniectus cogitur quidquid facti, infectiue, aut cœlati metalli in numerato eſſet, vna cum typis ac formis, quarum in pecunia cudenda vſus eſt, in publicũ proferre. quibus ex voto geſtis Regenti autoritatem per ſummum nefas abrogant; ſubrogatis in regni moderamine hæreticæ factionis propugnatoribus.

Eccleſiæ expilatæ Edimburgi.

Hæretici in Regiam autoritatẽ peccant.

Obſtupuit ad tam proteruæ audaciæ nuncium Scotiá reliqua; & Regens indignationis dolorisq; plena, vocatis ad ſe Hamiltonio Caſtri Eraldi duce, Huntlæo, Bothuellio, & Mortonio Comitibus, cum Setonio, Borthuico, & Zeſtrio, alijſq; principibus viris, memorat quanto in diſcrimine totius Reipublicæ Scoticæ conditio verſaretur: *quare ſtatutum ſibi vltima potius experiri, quam ea ab ingratis ſubditis pati, quæ hoſtis victor non tintuliſſet.*

Regens Catholicos Proceres officij ſui admonet.

quid demum moramur, inquit, *aut quando à tantis malis liberabimur? poſt direptas ciuitates ac prouincias, ipſam regni arcem tenent rebelles: vbi, regio proſcripto iure, omnia pro libidine gerunt. hæc ſi vt cætera ocioſi tulerimus, non relinquetur nobis breui in Scotia locus ab audaciſsimorum hominum potentia ſecurus. quod ſi regni huius iura amittenda ſint, ea ſaltem in ijs tuendis agamus patiamurq; , vt poſteritas non de inertia noſtra, ſed de temporum infælicitate conqueri poſsit.* Quare educi curat Edimburgum verſus Gallorum aliquot cohortes, catholicis Scotorum militibus auxilio futuras: quibus nec virtus, nec fides defuit. nam eodem die, & Leythum oppidum cœperũt, & quingentis ab Edimburgo paſſibus caſtra metati ſunt, dilata in ſequentem diem oppugnatione. atq; tùm demum Sectarij Huntlæo Comiti, cuius inermia conſilia inſolito faſtu prius reiecerant, negocium dedere, vt electis hinc inde pacis componendæ arbitris, res tota ſine prælio ac ſanguine dirimeretur. nec conditionem oblatam recuſandi tempus erat Regenti, cui omnis pacis mentio grata videbatur, cum ſciret quam varij atq; incerti aliquando eſſent bellorum exitus. Conditiones igitur fuere.

Exercitus contra hæreticos diſponitur.

Actum de pace.

Conditiones pacis.

Vt Sectariorum milites, fautoresq; Edimburgo ad Regentis nutum diſcederẽt, relictis obſidibus Ruthenio, & Patarro: ciuibus tamen, aut manẽdi aut diſcedẽdi integrum relictum eſt arbitriũ. *Prima.*

Vt ærarij bona nuper direpta, vna cũ Palatio *Secunda.*

ac ſupelle&ilia regia, ſumma fide redderentur.

Tertia. Vt Reginæ autoritas nullius religionis prætextu in dubium vocaretur, haberenturq; pro legitimis ea regentis imperia, quæ ad ciuilem regni ſtatum ſpectarent.

Quarta. Vt Sacerdotibus Catholicis ius eſſet, ſuis Sacerdotijs ac prouentibus annuis liberè ac ſine vlla moleſtia fruendi: & cautum ſeuere ne vlla ſacris ædibus vis in poſterum inferretur.

Quinta. Vt religionem quam quiſque vellet publicè profiteretur; neue hæreſis miniſtri ab vllo magiſtratu punirentur.

Ad Ann. MDLX. Hiſce conditionibus Edimburgo ceſſere rebelles, donec noua rei fælicius gerendæ daretur occaſio. fœdus nihilominus cum Eliſabetha Angliæ Regina ſecretum quidem, nec vllis ſignatum tabulis iniuere: Germanorum quoq; & Gallorum, qui ab Orthodoxa veritate receſſerant, auxilia crebris legationibus ſollicitarunt. atque talibus artibus propoſitæ pacis leges coluerunt, vt ad bellum ſuo tempore renouandum promptiores fortioreſq; eſſent. quare nihil miror D. Andreæ Priorem negligentiorem fuiſſe in Franciſci Galliæ regis Reginæq; Mariæ conſilijs audiendis, quæ ad publicam Scotiæ tranquillitatem procurandam excogitata erant, cum ipſi tam ampla ſubſidiorum ſpes ad patriam euertendam vndiq; affulgeret. Oppreſſæ tot anxijs curis Regenti ſollicita

Hæretici ſubſidia à vicinis petunt.

Nūcius in Scotiam à Pontifice miſſus.

Roma-

Romani Pontificis cura non defuit: à quo in Scotiã miſſus Nicolaus Pelleuæus Ambianẽſis Epiſcopus (qui Cardinalitia purpura clarus poſtea fuit) cum poteſtate legati à latere, Orthodoxæ fidei profeſſoribus magnum ſolatium attulit. nam præterquam quod N. Brochium militaris gloriæ laude inſignem, e Gallia ſecum duxerit, magnum ad factioſos homines in officio continendos momentum; regni antiſtites Edimburgi congregatos, omni ope, & conſilio aduerſus hæreticæ prauitatis inſidias muniuit. D. Ægidij ædem, quam Sectariorum furor profanauerat, Orthodoxis ritibus expiatam, altaribus & ſacra ſupellectile ornari curauit: vbi peractæ catholico more res ſacræ inſigni lætitia Regentem, cæterosq; orthodoxæ veritatis ſtudioſos affecere. receptum quoq; in Leythum oppidum, Gallicorum militum, qui Martigij ductu in Scotiam venerant, præſidium; non leue aduerſus ſubitas nouatorum excurſiones robur. dum verò his cæleſtium non minùs, quam mortalium armis, Catholicam fidem tutam in Scotia præſtare conatur Regens, Caſtri Eraldi ducis nunciatur defectio: quæ bonos omnes maximo dolore affecit, ac perturbauit. huius filius Araniæ Comes, Scotorum militum tribunus, ac Chiliarcha in Gallia, e Chriſtianiſſimi Regis aula, non ſine patris vt credebatur imperio, Geneuam profugit: atq;. inde per Angliam

D. Aegidij ædes expiatur à Nuncio.

Caſtri Eraldi Dux ad Sectarios deficit cum filio.

ad

ad ſuos reuerſus, ab Eliſabethà Regina, qua erat calliditate & turbandarum rerum peritia, apprimè imbibit eas artes, quibus debilitari inter Scotos Regentis, Catholicorumq; vires non magnó negocio poſsent. huic quoq; vt alijs non paucis ab Angla ingens coniugij regij ſpes facta ac concepta, hominem ad peſsima quæq; in Catholicos audenda compulit. atq; habito cum hæreticæ ſectæ fautoribus tumultuario conſilio omnes nouandorum tumultuum rationes diligẽter perpendens, ſuo reliquorumq; nomine petijt à Regente, vt Galli ab operibus ad Leythum muniẽdũm cœptis ceſſare cogerentur, *nec ferendum, vt exteri cuiuscumq; fœderis, aut amicitiæ titulo Scotiæ arces munitaq; oppida tentant: Regentem ſecuritatem propriam publicæ regni paci tranquillitatiq; præferre: fœdera Gallorum cum Scotis ad vtriusq; regni libertatem tutandam à maioribus ſancita: hanc ſi in Scotia oppugnare pergant Galli, pro hoſtibus non minùs, quam olim Angli, futuros.* Regens è contra omnia purgare; *Gallos in Scotiam non tam ex ſuo, quam ex procerum multorum ſenſu vocatos, ad ſeditiones bellaq; ciuilia compeſcenda; nec æquum eſſe, vt ij qui ſocij eſſent, & amici ſine vllo munimento alterius partis iniurijs exponerentur, quam ſolo aduentu offendiſſe poterant. mirari ſe negari Gallis vnam arcem in Scotia, cum Scoti in Gallia regiam, ipſumq; regem ſuæ fidei creditum haberent. quæ ſi minus mouerent, recordarentur tandem eſſe Scotiæ reginam in Gallia, cuius mandatis tam ipſa, quæ mater eſſet, quam ſubditi*

Iniqua Aránij poſtulatio.

Reſponſũ Regentis.

obſequi

obſequi teneretur: ea inconſulta nec dimitti militem Gallum, nec ab opere militari prohiberi poſſe. Aranius interea cum ſuis, arma militemq; magno ſtudio parabat, & Regens ne incauta inuaderetur, in Leythum oppidum vna cum D. Andreæ, & Glaſgoæ Archiepiſcopis, alijſq. Catholicis Præſulibus ſe recepit. nec rebelles vlla Principis reuerentia obſidionem diſtulerunt, quibus nimia feſtinatio exitio fuit. nam tanta celeritate oppidum cinxerunt: vt vallo foſsiſq; neglectis erumpentibus magno animo præſidiarijs impares, non ſine ſtrage magna in fugam verſi fuerint. *Regēs Leythum concedit.*

Tum vero Eliſabetha dum creſcere in Scotia Gallorum vires, regiorumq; partes ad vim non modo propulſandam, ſed inferendam quoq; idoneas cerneret, mutuum cum rebellibus foedus publica autoritate ferit; ſubmiſsis in eorum auxilium terra mariq, copijs: acceptis prius ex prima nobilitate obſidibus: adeo nimirum ſuſpecta amicis etiam eſt illorum fides, qui fidem numini debitam impia defectione violant. in publicis hiſce armorum incendijs, Aberdonia, quæ nullam hactenus ſacrorum iacturam paſſa erat, ab auaris & ſeditioſis quibuſdam baronibus occupata, parem cum alijs ciuitatibus cladem experta eſt: ab Epiſcopi ſolum domo, Gordoniorum, ac Leſlæorum autoritate, temperatum. atq; hic vltimus in Scotia locus fuit, qui fugientibus ſacris moram fecerat. *Eliſabetha fœdus cū Sectarijs ferit.* *Aberdoniæ ſacra profanātur.*

Angli terra mariq; contra Scotos veniūt

fecerat. iam claſsis Anglicana in Forthæ æſtuario non procul à Leytho, VVintheri Præfecti iuſſu ſteterat: ac Norfolciæ Dux octo Anglorum millia terreſtri itinere in Scotiam deducta, rebellium copijs coniunxerat: cum rogati per nuncios Angli, quo iure iniuriaue Scotiam, nullo indicto bello, inuaſiſſent, fraude inaudita reſponderunt: *Se pacem in Scotiam, non bellum ferre: Claſſem ad Britanniæ littora contra Piratas tutanda, ſubmiſſam: reliquum militem ad Angliæ fines contra Gallorum exercitum nulla iuſta de cauſa in Scotia graſſantem fuiſſe conſcriptum. nec eſſe cur de ſuo aduentu ſolliciti ſint Scoti, quorum ſalus atque incolumitas Reginæ Eliſabethæ non minus, quam Anglorum cordi eſſet.* Sed impudens hæc ſimulatio ſe breui prodidit, nam vbi Scotiam ingredi nulla ſe vi prohiberi poſſe animaduerterunt; Leythum oppidū, Gallorum copijs munitū, magnis itineribus profecti, caſtra in colle qui oppido imminebat vallo aggeribuſq; munierunt: autoresq; fuerunt rebellibus, vt collectis vnum in locum militibus, ab agrorum populationibus ad Leythum obſidendum conuerterentur. fuere in Sectariorum caſtris Aranius, Argadius, Glencarnius, & Rotheſius Comites, Boydus, Vchiltrius, Lyndſayus, Ruthueſius, Ogiluius, Hereſius, barones; ac Scotiæ peſtis D. Andreæ Prior: qui omnibus tribulibus ac clientibus more gentis noſtræ ſtipati, ita adiacentes Leytho agros compleuerant, vt nullus cō-

Cauſam ſui aduentus diſsimulant.

Leythum obſidetur ab Anglis

Scoti proceres qui ſe Anglis iunxerūt.

mea-

meatus obſeſsis terrà ſubmitti poſſet, maritimum ſubſidium quatuordecim maioribus nauibus impediebat Vinterus. graues tàm in caſtris quàm Vrbe ſubinde exortæ ſtrages, dum mutuis ſe fraudibus hoſtes caperent, ac caperentur. Æneorum tormentorum nō minùs aſſidua, quam aperta vis fuit vtrinque, quibus promiſcua militum, ducumque cedes edebantur. nec ſilendum videtur quod die, qui triumphanti de morte Chriſto ſacer eſt, in magna hominum frequentia contigit. Scoti Galliique dignitate ac virtute præcipui in maiore Leythi Eccleſia, ad ſolemne ſacrum conuenerant: hoc Andreas Lecho ex D. Dominici familia peragebat hoſtis, cui notus erat publicorum votorum inter catholicos ritus, quo ſecuram in maximo hominum conuentu cladem faceret, maiora aliquot tormenta, quæ à colubris nomina habent, tanto artificio contra Eccleſiam diſpoſuit, vt globi feneſtra, quæ iuxta altare erat, exciperentur. Sacerdos niſi abſoluto rite ſacrificio ab altari non receſsit, cæterique magna conſtantia velut confirmati coelitus aſtiterunt: ita globi dirigente numine per oppoſitam portam irrito planè impetu delati, nulli penitus nocuerūt. Catholici qui præſens numinis auxilium in maximo illo diſcrimine fuerant experti, eodem animati, luce proxima in Anglorum caſtra irruptionem faciunt, ſuperioris diei moleſtias fœliciori

Angli tormēta ænea in Eccleſiam ſine ſtrage explodunt.

Obſeſsi in hoſtes erūpunt.

exitu vindicatur. ibi non dubia edita ſtrages, & Graius baro, qui audacius reſtiterat pluribus cõfoſſus vulneribus ægrè à ſuis receptus eſt. iniuriã hanc Angli primum acri oppugnatione vindicare conati ſunt: ad obſidionem deinde conuerſi, oppidum tanta ira, ac diligentia cinxerunt; vt obſeſsi omni commeatu deſtituti, canibus, equis, gliribus, ac felibus inſigni patientia ad dies plures famem tolerauerint: nec vlla hoſtium vi, aut victus neceſsitate expugnari potuit miranda illa Catholicorum militum erga principem ſuam fides: donec pacis conditiones inter Scotos & Anglos corã Galliæ legatis publicè ſancitæ eſſẽt.

Conſtantia obſeſſorum infame tolerãda.

Regens, durante adhuc Leythana obſidione, tantis malis atq; anguſtijs feſſa, in morbum incidit, quo ingrauefcente, vocatos ad ſe Catholicos Proceres Orthodoxæ religionis, libertatiſq; patriæ pia oratione admonuit; tum vt fidem, quam Reginæ ſuæ debebant, magno conſtantiq; animo colerent: ac paulo poſt in Edimburgenſi arce, in quam ſe vt inter varios bellorum caſus tutior eſſet, prudenti conſilio receperat, diẽ clauſit extremum. defunctæ funus regia pompa elatum, quod vniuerſæ Scotiæ lugubre fuit, ſed Eccleſiæ præſulibus planè exitioſum: quorum pauci, qui illa ſuperſtite bonis ſuis potiebantur, defuncta à ſectarijs, Sacerdotijs peculioq; nudati, ad extremam rerum omnium inopiam deducti fuerunt.

Ad Ann. MDLXI.

Regens moribũda proceres officij ſui admonet.

Sacerdotes bonis exuti.

fuerunt, tandem vbi Galli milites Scotia ceſſere, non contenti ſacerdotum bonis hæreſis miniſtri, omne catholicum nomen delere aggrediuntur. Et Cnoxius cæteriq; Apoſtatæ nobilibus hæreſi corruptis perſuaſerunt, vt Papiſtæ, quo nomine ſe Catholicis inuidiam facere putabant, Edimburgum ad reddendam de fide rationem cogerentur. Venere Aberdonia, quæ poſtrema inter Scotiæ Ciuitates fidem deſeruerat, inſignes aliquot viri atque omni poſteritatis memoria digni, Ioannes Leslæus Roſſenſis poſtea Epiſcopus, Patricius Mortonus, Iacobus Straquhinius, & Alexander Anderſonus. hos cum Cnoxius, varia de fide quam profiterentur in foro corā proceribus populoq; interogaſſet: Alexāder Anderſonus, ſuo ac reliquorum nomine, in hunc modum reſpōdit. *Si noua fidei dogmata, aut recentia ſeditioſorum hominum commenta contra ſtatuta maiorum, legeſq; regni huius afferremus: non eſſet cur de profeſſione noſtra interrogantibus reſpondere, fideique noſtræ rationem quærentibus reddere grauaremur. iam vero cum ea noſtra ſit de religione ſententia quæ mille quingentis, & quinquaginta annis in Europa, in Scotia ducentis minus floruit: ipſa annorum ſeries, conſtanſq; tot ſeculorum veneratio, tum prudens piorum ac eruditorum hominum conſpiratio effecere, vt non ſine admiratione, quæ à vobis de fide noſtra in præſentia quæſita ſunt, audiuerimus. In Deum credimus cuius virtute creati, cuius ſanguine redempti, cuius ſpiritu ſanctificati in ſortem filiorum Dei vocati ſumus.*

Anderſoni de fide Catholica rogati reſponſum.

credimus Dei Eccleſiam, quam Chriſtus cæleſtis doctrinæ normam, ſacræ veritatis magiſtram, ac diuinorum oraculorum fidam interpretem mundo reliquit. in qua fons eſt viuentis aquæ, quæ nunquam deficit: vita verbum, quod nunquam minuitur: lumen deniq; in excelſo poſitum, cuius radij æternæ claritatis ſplendorem in filiorum Dei mentes tranſmittunt. Eccleſia, cuius nos filij ſumus, eadem nunc doctrina eſt quam Chriſtus reuelauit: quam prædicarunt Apoſtoli: quam horum ſucceſſores, aut ſcripto, aut verbo ad nos tranſmiſerunt. Eccleſia hæc ſupra petram ædificata eſt; quam licet infernus permittente Chriſto vexare poſſit: contra eam prævalere nulla humana aut infernalis potentia unquam poterit. In medio Eccleſiæ futurum ſe promiſit Chriſtus, à qua uſq; ad ſæculi conſummationem non eſt diſceſſurus. pro Eccleſia patrem exorauit Dei filius, & exauditus eſt. Spiritum veritatis ad Eccleſiam miſit increata illa ſapientia, qui eam omnia diuinorum myſteriorum arcana doceret. ad huius Eccleſiæ tribunal, peccante in nos fratre, cauſam dicere tenemur; quam qui ſalutaria monentem non audierit, fidelium Chriſti conſortio, non minus quam ſi Ethnicus eſſet aut publicanus, ipſius Domini ſententia iam priuatus cenſetur. Quæ vero Eccleſiæ huius ſit doctrina, ex communi totius antiquitatis memoria; ex conſtanti Aſiæ, Europæ, atq; Africæ conſuetudine; & ex ipſis Patrum noſtrorum annalibus, inueſtigemus. Latere forte potuit ea doctrina, quæ in omnem terram, primum ore Apoſtolorum, deinde Præſulum Doctorumq; prædicatione exijt? quæ tot ſignis & miraculis claruit, vt omnes merito fateantur eam omnipotentis dexteræ plantatam, eiuſdemq; aſſidua virtute ali colíq;. Neque nos

ſcandalis illis, quibus Eccleſiæ tranquillitas turbatur, ab orthodoxa veritatis profeſſione deterreri debemus; horum viſa prædictaq; in Euangelio neceſſitas fidelium conſtantiam non ferit, ſed ſolatur. viderint interim ne qui huiuſmodi procellis Dei Eccleſiam agitare ſtudent, væ illud experiantur, quod ipſa veritas in eos per quos veniunt ſcandala, pronunciauit. Cnoxius ſocijq; (qui Anderſonum aliquoties interpellatum ab Eccleſiæ doctrina auocare ſtuduerant) proceres rogarunt: vt indicto tum ſilentio, eum cum cæteris qui Aberdonia venerant, Edimburgi manere, ac publicis miniſtrorum concionibus intereſſe cogerent. Ita enim nullo negocio fore, vt relicta papiſtica ſuperſtitione, ad puram reformati Euangelij notitiam peruenirent. mox Leslæus, quæ demum ea eſſet reformatio, interrogauit? *ſe quidem Eccleſias dirutas, euerſa altaria, ac proculcata per nefas ſacra vidiſſe: nec poſſe eam fidem, quæ talia opera gigneret, non habere ſuſpectam.* Variæ deinde diuerſis in locis Catholicorum cum hæreticis ſequutæ diſſertationes: in quibus VVillocſus, ſacrum inter nouatores caput, à Ioanne Blaco ex D. Dominici familia in frequente hominum conuentu egregiè confuſus, tantum non manus dedit. Verùm quid profuit ratione viciſſe eos, qui omnia aperta armorum vi peragenda ſuſceperant?

Cnoxius inſcitiam ſuam tegere conatur.

Leslæi de reformatione interrogatio

VVilloxius à Blanco victus.

Hæc quidem religionis apud Scotos conditio fuit, quando Maria Stuarta, marito Franciſco Gal-

Ad Ann. MDLXII

Maria Stuarta in Scotiã redit inermis.

Galliarum Rege immatura morte defuncto, in patriam rediјt: quæ Nothi fratris, cui Morauiæ Comitatum iam contulerat, fraudulentis ſuaſionibus inermis planè venerat, nec ijs inſtructa copijs, quæ ad rebellem ſeditioſamq; prouinciam in officio continendam, neceſſariæ erant. ex eiuſdem conſilio Regina trium ordinum comitia

Comitia Edimburgi habita in quibus decretum iniquum editum.

Edimburgi habenda curauit, in quibus illud ſancitum, vt nihil omnino circa religionis ſtatum immutaretur. decreti huius iniquitate conſternati Catholici ſibi peſsima quæq; timere cœperunt: & quamuis magnam ſpem in regina, quã Orthodoxæ fidei propugnatricem ſciebant haberent repoſitam, vix auſi ſunt eam, aut verbo aut ſcripto monere, quanto in diſcrimine catholicum nomẽ in Scotia verſaretur; ita late omnia metu, terroreque compleuerat Nothus.

Iacobi Stuarti nothi impietas & crudelitas in proceres.

Archiepiſcopus D. Andreæ, Aranius, & Bothuellius Comites in carcerem detruſi. Huntlæus comes occiſus: cuius filius natu maximus cuſtodiæ perpetuæ mancipatus, alter capite plexus: Sutherlandiæ comes proſcriptus cum alijs multis, quos vel maiorum gloria, vel propria merita immortalibus præmijs dignos fecerant. Tum verò Miniſtri, qui liberum vnicuiq; in diuino cultu, ſi modo Chriſtum profiteretur, relinquendum arbitrium olim docebant, iam quaſi publica autoritate legèque tecti, hæreſis ſuæ formulã omnibus proponere,

fiſco, exilio, atque ipſa mortis pœna armatam. Regni proceres, nullius religionis amore odioue ducti, ſacerdotum aliorumque proſcriptorum bona tanquam publici quæſtores occupabant: nullis tamen impiorum prædicantium adhortationibus induci potuerunt, vt vllum vita, ſolo religionis nomine, priuarent. dum procerum rapinis, ac minis legum, euerſam penitus Catholicam fidem arbitraretur Cnoxius; nec vllum eſſe, qui eius cauſam tot malis oppreſſam propugnare, aut poſſet aut vellet: nobilibus regni obtulit, ſe, ad cuncta hæreſis ſuæ dogmata verbo Dei, ac grauiſsimis rationibus firmanda paratum: idque Lithquoi coram frequentiſsimo ordinum conuentu. Sed Ninianus VVinzetus tam perfrictæ frontis ſycophantam catholica veritate fregit, vt is deſperata victoria ad ſolitas calumnias confugiens non ferendam impij VVinzeti audaciam proclamaret: *Se à Deo miſsum, à Chriſto ad euangelium reformandum vocatum; nec minorem ſibi fidem adhibendam quàm Amos Propheta, aut D. Ioanni Baptiſtæ: habere Dei ſpiritum familiarem, cuius ſecreta inſpiratione omnia diuinorum voluminum arcana haberet proſpecta: cæcos eſſe Papiſtas, ac meros idolorum cultores, qui anilibus fabulis nulla ſacrorum codicum autoritate nugas ſuas defenderent.* VVinzetus inſigni hac Cnoxij deſperatione minimè contentus, ſcripto de rebus controuerſis libello, octua-

Proceres ſacerdotũ bona occupant.

Cnoxius à Niniano VVinzeto confunditur.

Cnoxij impudentia.

VVinzetus de rebus cõtrouerſis librũ edit.

octuaginta tria fidei capita, de tot enim illic eſ nu-
merabat tunc temporis in Scotia nouatores, tanta
eruditione ac tam veris rationibus diſcuſſit; vt
reſponſum expectare iuſſus, id etiam num eius
poſteri expectemus: deriuata tandem in typo-
graphum, qui librum excuderat, rei inuidia: is
bonis exutus, ac in carcerem deiectus, iracun-
diæ Cnoxij pœnas dedit. Et Quintinius Keñedus
Caſſilij Comitis frater, non genere quam vir-
tute illuſtrior, totos tres dies cum eodem apo-
ſtata in magna hominum concione de religio-
ne diſputans, victum tandem arena cedere coë-
git. idem, præter opuſcula quædam, ad rudiorum
inſtitutionem, librum edidit de Conciliorum
autoritate, & alterum de venerando altaris ſa-
crificio. Sicut Lithquoi & alibi Cnoxius, ita
Glaſgoæ VVilloxius ignorantiæ ſuæ infamiam
proſtituit. nam à Iacobo Maxuello bis terue
mendaciorum conuictus, reſpondit incredibili
dementia: *Deum elegiſſe humilia, vt confunderet fortia,
ſapientiam mundi inſipientiam eſſe apud Deum, fide deniq;
non doctrina homines placere Chriſto.* quæ inſanæ teme-
ritatis non leuia fuerunt argumenta. Hæc an-
notare volui, vt ſcirent exteri, fidei cauſam
nunquam à noſtratibus deſertam, ſed per im-
probas ſectariorum artes, latis legibus armo-
rumq; vi, oppreſſam fuiſſe. Cnoxius interea, vt
auerſum à ſua impietate Reginæ Mariæ animum

vidit

Typographus punitur.

Iterũ vincitur à Kenedo.

Kennedus varia de fide ſcribit.

Maxuellus cum VVilloxio congreditur.

vidit,(quæ nullis vnquam periculis, nulla regnandi dulcedine induci potuit, vt auita maiorum fide relicta hæreſi faueret)tam grauia nobilium,plebiſq; in eam odia accendit: vt non quieuerint indigni (proh) tali Principe ſubditi, donec Regno,libertateq; priuatam, in hoſtium vincula profugere compulerint: à quibus inaudita, ſed laudabili morte affecta,de rebelli hæreſi immortali nominis cum gloria triumphauit. cuius vitam quia tribus ab hinc annis ipſe breuiter conſcripſi, plurima hæreticæ perfidiæ documenta illthic à me narrata, hoc opere non perſequor. Maria priuſquam hæreticorum armis opprimeretur,Iacobum Principem ex Henrico Stuarto ſuſceperat: quem Nothus eodem quo natus eſt anno, matri auoq; hæredem declarans, regijs inſignibus ornauit, ita reſeruata ſibi rerum omnium poteſtate maxima, infanti nomen ſolum reliquit. Conuocatis itaq; Regni ordinibus nouis legibus tyrannidem ſuam, hæreticamque impietatem muniuit; harum aliquas ſubiecere ſtatui.

Iacobus Mariæ ſuſ ſectus à Notho.

Ad Ann. 1566. Decreta quędam cōtra religionem a Notho in Comitÿs ſancita.

Vt quæ à Romano Pontifice ſancita eſſent, nullum in Scotia locum haberent.

Vt ne quis Sacerdotium à Romano Pontifice impetrare, ne Romanum tribunal appellare auderet.

Vt quidquid ab vllis Scotorum regibus in re formatæ, vt vocant religionis detrimentum lege

cautum eſſet, id totum pro irrito haberetur.

Vt ſi quis Miſſæ ſacrificio interfuerit, aut illud celebrauerit; pro prima vice bonis exueretur, pro ſecunda ſolum verteret, pro tertia capite plecteretur.

Vt ne quis Catholicæ religionis profeſſor, aut vt illi Papiſta, ad magiſtratus, quæſturas; aut vllas publicas regni functiones promoueretur.

Vt iiſdem priuilegijs, immunitatibus, gratijs, ac fauoribus, prædicatores ipſorum, quos miniſtros dixere, ſecurè fruerentur, quibus pij olim reges Eccleſiaſticum ordinem, ob inſignia illius merita, ornarunt.

Vt in tertio conſanguinitatis gradu liceret omnibus matrimonium contrahere.

Ad Ann. 1570. Publicata inſuper noua fidei profeſsio impietatis pleniſsima.

Nothus occiſus. Quam gratæ numini hæ leges fuerint, autoris exitus comprobauit: nam quieſcentibus ad tantam iniuriam Catholicis, Iacobus Hamiltonus, quo gentis ſuæ contumelias memorabili facinore vindicaret, Nothum Lithquoi in maiore platea magno equitum comitatu ſeptum, glande plumbea inopinatum transfixit: ita qui hæreſim tam aſſiduis conatibus per Scotiam promouit, ab hæretico homine dignam laboris mercedem retulit. paulo poſt Lenoxius regens comitia Edimburgi *Lenoxius occiſus.* indixit; quæ vbi Stirlingum tranſtuliſſet, ibidem

occi-

occiſus ab Hamiltoniarum partium centurione fuit. Comitia, quæ inchoauerat Lenoxius, Marriæ comes regens deſignatus abſoluit. in his leges cōtra Catholicos iteratæ. Mortonus comes adlaborauit; vt Epiſcopi in Scotia ad Eccleſiæ Anglicanæ normam inſtituerentur; nec aliud euicit, quam vt eſſent qui Epiſcoporum nomine, ac reditibus honeſtarentur, nullam tamen in miniſtros poteſtatem exercerent. Extincto morte ſubitanea Marriæ comite, ad Mortonum regiminis ſumma delata, hic in comitijs Edimburgi habitis autor fuit:

Marriæ comes regēs.

Ad Ann. 1571. Mortonus regēs decreta in Catholicos procurat.

Vt qui hæreſim defererent, aut qui Scoticam communionem non admitterent, niſi moniti reſipiſcerent, infames haberentur.

Vt qui nouæ ſectæ aduerſarentur ex ſubditorum regis albo delerentur: quoſque miniſtri anathemate percuſſiſſent rebelles dicerentur.

Vt denique Scoti omnes tenerentur patriæ ſuæ religionem defendere contra quoſuis Principes, regna, & Prouincias à quibus Tridentina Synodus recepta eſſet.

Mortonus quoq; ne cæteris hæreticæ impietatis promotoribus infortunio cederet, primum omni regni moderatione, ac poſtea vita ipſe priuatus, exemplo fuit mortalibus, quam inſtabilis eorum fœlicitas ſit, qui humanæ potentiæ pluſquam virtuti fidunt.

Mortoni infortunium.

Ad Ann. 1576. *Iacobus R. regimen ſuſcepit.* Infauſta hæc Regentium tyrannis, qui cœlum ipſum legibus impijs oppugnare ſtatuerant, ſuccedente in auitum regnum Iacobo VI. pene puero oppreſſa fuit. Hic à materno ſinu per vim atq; iniuriam raptus, paucorum tantum menſiũ puer, cum catholico ritu nomen in Baptiſmo accepiſſet, nutricibus primum, mox pædagogis hæreſi infectis inſtituendus traditur. inter hos non minus fuit inſignis, tam nequitia quã doctrina, Georgius Buchananus. qui peſtifera Caluinianæ prauitatis dogmata orationis ſermoniſq. elegantia, atq; poeticis lenocinijs delibuta, tàm pertinaci ſtudio menti teneræ inculcauit: vt non mirum fuerit Iacobum, neglecta maiorum pietate, vltimis regentibus, quam priſcis regibus ſimiliorem fuiſſe. quod *Ad Ann. 1579.* in primis regni Comitijs ab ipſo habitis palã fuit: in quibus in hanc ferè ſententiam latæ leges reperiuntur.

Decreta Comitiorum à Iacobo habitatorũ cõtra fidem Catholicã. Vt illi ſoli, qui fidei in Scotia probatæ formulam, communemq; regni illius ſacrorum adminiſtrationem profiterentur, veræ Eccleſiæ filij haberentur.

Nullam eſſe Orthodoxam religionem niſi quam Scoti tum amplecterentur.

Vt nullus nobilis inprimis liberos ſuos ad exteras regiones tranſmitteret, aut alio migrare permitteret: niſi impetrata prius à rege venia: eaque exorata, iurarent aut fide iuberent, ſe mordicus

vbique religionem (hæreſim intellige) quam Miniſtri in Scotia docerent, retenturos.

Vt vnuſquiſq; in ædibus priuatis Biblia haberet vulgari Scotorum ſermone edita.

In ijſdem deniq; Comitijs à tribus regni ordinibus conceſſa primum, rataque autoritas miniſtrorum Eccleſiæ Scoticæ, & Euangelium publicè prædicandi, ſacramenta adminiſtrandi, moreſque reformandi, poteſtas tributa: & ſancitum ne vlla alia iuriſdictio Eccleſiaſtica in Scotia, quam hæreticorum prædicantium agnoſceretur.

Ad Ann. 1580. *Comitia in quibus peregrinationes, et dies feſti proſcribūtur.*

Noua Comitia regia inſequens annus habuit, in quibus illud importunis miniſtrorum interpellationibus ſtatutum, Ne peregrinationes, ad ſacella, altaria, aut alia loca ſanctitatis nomine conſpicua, ab vllo ſuſciperentur. actum præterea vt dies omnes quos veneranda maiorū pietas omnipotenti Deo ſub Chriſti, aut Sanctorum memoria ſacrauit, inter profeſtos haberētur: ne cultu aut feriatione ſolemni celebrarentur. inſignem hāc perditiſsimorum hominum impietatem diuino plane ſpiritu, vt omnia, prædixit Vates Regius pſal. 73. *Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.* legibus prædictis ex voto compoſitis, miniſtri cum omnia ex ſuo ſuorumq; arbitrio pendere, fauente & annitente inprimis Buchanano; cernerent: de autoritate ſibi apud Regem conſtanti vinculo ſtabiliēda, cogitare cæperunt.

Impia miniſtrorum artes in autoritate ſtabiliēda.

runt. impia illorum conſilia fouerunt, nutritæ inter proceres diſcordiæ, ſuſcitata in Magiſtratu partium ſtudia, ac populus contra Magnates incenſus. hiſce temerarijs ſeditionibus, vt natus primum, ita nutritus aliquandiu inſolens miniſtrorũ faſtus. nam aſſueti apud Regentes, quorum precarium & temporarium fuit imperium, omnia pro libidine gerere; idem à Iacobo, cuius legitimum erat in ſubditos dominium, cõtendere: quod à puero impetrare non vſque adeo difficile erat. verum adultior factus impiam perditorum hominum rebellionem, qui exleges viuere, nec vllius præterquam immortalis Dei imperijs ſubeſſe ſe iactabant, ſalutaribus legibus compeſcuit. habito itaque Edimburgi conuentu decreuerunt ordines. Regem ſummam plenamque in ſubditos, cuiuſcunque illi gradus aut conditionis eſſent, nemine excepto, poteſtatem habere: quam qui miniſterij, atque adeo clericatus titulo ſubterfugegere conetur, læſæ maieſtatis reum eſſe. prohibita quoque fuere, vt impia mendacia, ac regum ſecuritati noxia, quæ Georgius Buchananus, tàm in Hiſtoria, quam in libro de Iure regni apud Scotos ſcripſerat. hoc fræno coercita nonnihil miniſtrorum in regem nequitia, primo quoque tempore renaſcitura. ceſsiſſet hæc reformatæ fidei profeſſorum audacia in maximum Catholicæ religionis emolumentum, apud regium animum manſuetu-

Ad Ann. 1584. Decreta comitiorum in Miniſtros.

Prohibita Buchanani hiſtoria et Dialogus.

dinis

dinis iuſtitiæq; Chriſtianæ capacem, niſi inquieta quorundam ingenia, atque vicina Angla adoleſcentem à melioribus conſilijs deterruiſſet. Alteris eodem anno coactis comitijs auctoritate regia cautum, præſcripta errantibus pœna publicationis bonorum, vt omnes quarta, & ſexta ferijs, ſabbato quoque, & quadrageſimali tempore, eſu carnium abſtinerent. ſolemnis enim illa patrum temperantia Orthodoxæ Eccleſiæ legibus ſancita, ita è mortalium mentibus profana miniſtrorum opera eradicata fuit, vt neceſſarium eſſet pro communi totius regni bono eam edicto, ac legibus Principis reuocari; quæ, cum cogere poſsint, plus valent apud improbam ſectam, quam mitia Euangelicæ legis conſilia. Quæ res Iacobum in primis mouit, vt ſpei plurimum in legum auxilio, ad impios homines in officio continendos, poneret, vtereturq; fiſci, exilij, atque mortis terroribus ad ea impetranda, quæ Catholici & boni ſubditi, ſponte, &. & rectè mentis conſcientia auctore, datis à Deo Principibus præſtare ſolent. Quare, dum maledicos rebellionemq; ſpirantes ſermones alerent miniſtri, pleno ordinum conuentu Edimburgi edicitur, morte eſſe puniendum quiſquis verbo aut ſcripto ea proderet, quibus populorum in principem veneratio minui, principiſue in populum charitas lædi poſsit. Interea Catholicis ob vetera, nouaq; Comitiorum edicta vehementer agita-

Comitia in quibus carniũ eſus ſtatutis diebus prohibetur.

Ad Ann. 1586.

Rex legũ autoritate in miniſtros vtitur.

Religioſi ſacerdotes in Scotiã veniunt.

tis,

tis, & magna in ſacris peragendis, ſacramentisq; adminiſtrandis paſtorum penuria laborantibus, ſacerdotes nonnulli religioſiq; viri ex Diuorum Benedicti, Dominici, Franciſci, & Ignatij tum primum inſtituto ordine, poſthabito vitæ diſcrimine, magna conſtantia ſubuenerunt. hi militem aut mercatorem vt plurimum mentientes, fidelium ædes labore indefeſſo obibant. Atq; ex eo, quod pro gente Scotorum Rhemis fundatum tum fuit Seminarium, operarij ſtrenui in Dei vineam profecti, egregijs ſudoribus claruerunt. contra hæc quoque dominici gregis ſubſidia, leges ſeueras extorſerunt miniſtri in Comitijs Edimburgenſibus. Vt nimirum ſacerdotes omnes, ac potiſſimum Seminariorum alumni, cum Ieſuitis (horum quo illuſtrior virtus, eo infeſtius nomen erat) in Scotia commorantibus morte plecterentur. eadem pœna damnati, qui eos hoſpitio exciperent. facta etiam in ſingulis ciuitatibus poteſtas, vt magiſtratus liberos, qui fidei Scoticæ aduerſarentur, flammis addicerent. & Lyndeſius cum ſuis ferocis vir ingenij, qui Aberdoniam Papiſmo, vt iactabat, expurgare decreuerat, libros omnes rubris characteribus notatos promiſcue, & abſque delectu vel examine combuſsit. inter quos plurima Pontificij, Cæſarijq; iuris volumina periere. Venerat circa hæc tempora in Scotiam Gulielmus Simpelius Simpelij baronis frater; vir ſi quis alius, bellicis

Leges cōtra Sacerdotes.

Ad Ann. 1687.

Simpelius in Scotiā à Philippo II, mittitur.

licis laudibus, Catholicæq; religionis profeſsione longe clariſsimus. Hic à Philippo II. Hiſpaniarum Rege (qui celebrem illam claſſem, qua maiorem oceanus nunquam viderat, contra Angliam tum parabat) ad Iacobum, ſecretiora quædam negotia pertracturus miſſus. huius aduentus ſolatij plurimum Orthodoxæ veritatis profeſſoribus attulit: percrebeſcente clàm rumore, de nuptijs cũ Iſabella Hiſpaniarum Infanta contrahẽdis regem cogitare, deque inſtauranda in Britannia Catholica fide ſeria agitare conſilia. Verum quidquid de harum rerum veritate fuerit factum poſt paucos dies Hiſpanicæ claſſis naufragiũ, aliam ac ſperabatur, longeque diuerſam rerum faciem magnamq; mutationem dedit. coniectus quippe in carcerem Simpelius, quem pluribus ante honoribus auxerant, diuinoque plane beneficio mortis periculo ereptus, cui poſtridie deſtinabatur, viuit etiamnum in Catholici regis aula, Deo charus, gratus bonis, & longæua ſenectute iuxta ac meritis clariſsimus. cuius celebrem in afflictis pro Catholica veritate popularibus ſubleuandis induſtriam, & liberalitatem nulla non ætas loquetur. pia hæc optimi ſenis ſtudia ad miraculum pene iuuat promouetque Dux Gaſpar Guſmanus Comes Oliuerius, vir certe omnium ſcriptorum memoria digniſſimus: qui Hiſpanici Imperij columnas inaudita generoſæ mentis fortitudine, & pru-

Ad Ann. 1588. Hiſpanicæ claſſis naufragium.

prudentia quaſi Alcides alter ſuſtinet. Abſit ſcrito inuidia, de Hercule ſpecioſa multa audimus; Guſmani opera theatrum habent terrarum orbem vniuerſum, noſque ſpectatores. Si cælum Herculi poetarum fabulæ ob laborum meritum tribuerũt. cœlum profecto Guſmano præclara Chriſtianæ pietatis ſtudia, conſtanſq; in diuinis promouendis voluntas reſerabit. Sed cum anguſta nimis hæc pagina tanti viri laudibus ſit, ego ad meos redeo. miſſus in Daniam Mariſchalliæ Comes, qui nuptias inter Iacobum & Annam Daniæ regis filiam, ſtabiliret: grauiſsima interea in catholicos perſecutionis excitata procella. hanc cum promiſcue in omnes deſæuire viderent Huntlæi, & Erroliæ Comites, nec tutum ſibi niſi in armorum præſidio refugium eſſe, adſcitis Crafordiæ Comite, & Forboſio barone exercitum conſcripſerunt: ne nudi & imparati ab hæreticis, qui frequentes Regem Aberdoniam venientem ſtipabant, opprimerentur. & quo omnis rebellionis abeſſet ſuſpicio, miſere ſupplices, qui Regem precarentur, vt nobilibus fidiſque ſubditis aliqua ſaltem Catholicæ veritatis profitendæ daretur facultas. *Scire enim ſe optimum Principem, non proprio ingenio, ſed peſsimorum apoſtatarum conſilijs, ad ſeuera contra Orthodoxos edenda decreta, inductum. nec quidquam miſerius dici poſſe, quam tot clara, regni capita, ſeditioſorum miniſtrorum, quibus, nec doctrina nec virtus, nec legitima vocatio autoritatem conciliaret libidini*

Catholici arma capiunt.

Poſtulata Catholicorum.

ſubia-

ſubiacere : hanc nulli magis quam Regi timendam experientiam docuiſſe. Quare liberaret ſe impia tyrannide, ac fidos proceres quotidianis eriperet periculis. non longa deliberatione opus eſſe iuberet ſolummodo rex, ſe reliqua curaturos. Iacobus cum nec illa quæ petebantur recuſare, nec tutum concedere exiſtimaret. Comites tantum ad arma deponenda hortatus eſt: cum facilius eſſe diceret probare, quam exequi quæ ipſi vellent. Comites certe vbi regem ſine manifeſto diſcrimine e ſectariorum manibus eripi non poſſe intellexerunt, dimiſſo exercitu, qui regium numero longe ſuperabat, ab incœpto deſtiterunt. Plus nimirum valuit apud Catholicos viros Principis ſalus & ſecuritas, quam propria. *Catholici iuſſu regis arma deponunt.*

Rex vt Edimburgum rediji, morarum, quas Mariſchallus in cōducenda in Scotiam regina, nectebat, impatiens, ipſe in Daniam traijcere decreuit. Sed procellarum vi in Noruegiam delatus, Vpſlouij Daniæ regem ſponſamq; conuenit. celebratis ibi regio more nuptijs, in patriam cum coniuge reuerſus eſt. promiſſa reginæ, quæ Lutherana hæreſi imbuta erat (hæc autem toto cœlo à Caluini ſecta differt) conſcientiæ libertas. Sed acris ingenij Princeps, cum nec patria dogmata ſatis probaret, odiſſetq; Scotica, de Catholica religione; cuius nullus omnino in Dania vſus eſt, inquirere coepit. ac tandem opera Huntlææ Comitiſſæ, aliarumque nobilium catholicarum fœmina- *Ad Ann. 1589. Rex in Nouergiā delatus. Regina fit Catholica*

minarum ad æternæ veritatis notitiam perducta in dominicæ prolis ſortem tranſijt: quam Robertus Abercrombius ex Societate Ieſu fidei myſterijs piè inſtructam hæreſi abſoluit: quo viro ad expiandam conſcientiam quandiu in Scotia manſit vſa eſt. Reginam vbi Catholicam ſciuere miniſtri, ijs iniurijs affecere, quas nec priuatæ conditionis mulier æquo animo tuliſſet. Rex omnia dementiæ nomine apud coniugem excuſans, eam ſolum monuit, vt cautè ſua ſacra perageret: cœterum, quam crederet optimam, eam ſequeretur pro arbitratu ſuo religionem. longum eſſet omnia recenſere, quæ vel ad ſua deliria ſtabilienda, vel ad catholicam fidem euertendam excogitarunt miniſtri: cum in ſingulis conuentibus in nulla re magis, ac nouis condendis contra Catholicos legibus, occuparentur. Et Robertus Bruſius Puritanorum (quod genus hominum ineptiſſimum ab alijs etiam hæreticis habetur) coriphæus, ſtrenuè in comitijs adlaborauit, vt Dominica dies in feriã quartam, aut ſextam, & quadrageſimæ ieiunium in autumnum transferretur: ne quid puris Dei cultoribus (hæ ſunt Caluinianorum in loquendo elegantiæ) cum Papiſtis commune eſſe videretur. hæc quidem à prudentioribus riſu excepta, ſciſcitantibus puta ecquid terra, aqua, aut aere; cum Papiſtis promiſcue vterentur? Sanxere nihilominus, & edictum extorſere, quo crimine læſæ maieſtatis damnan-

Miniſtri Reginam vexant.

Ad Ann. 1592. Bruſy dementia qui diem Dominicã & quadrageſimam immutare tẽtat.

damnantur, tam Sacerdotes, quam qui Sacerdotibus hoſpitium præbent.

Ad Ann. 1604.

Argadius in Catholicos arma mouet.

Non legibus contenta miniſtrorum rabies Argadiæ Comitem, magni animi adoleſcentem, regia poteſtate ad exſcindendum per Scotiam Catholicum nomen armant. hic conſcripto decem mille, & amplius hominũ exercitu, celeritate maxima in Catholicos progreditur. horum Principes Huntlæus, & Errolius Comites, ne inulti perirent, ad arma confugiunt: ſed multorum clientum amicorumq;, vt in rebus deſperatis fieri ſolet, auxilijs deſtituti, vix mille, quos religio mouerat, ſub ſignis habuerunt. diuino potius auxilio quam humanis viribus freti in aciem prope Glenliuetum deſcendunt. D. Franciſco ſacer erat pugnæ dies, à quo Erroliæ comes nomen habet, milites expiatis animarum ſordibus, ſumptaq; Euchariſtia galeas cruce ornant, hæc fidei militiæq; teſſera fuit. Huntlæus qui de hoſtium multitudine certior redditus erat, differendum in præſentia prælium, atq; expectanda ſubinde auxilia ſuadebat. Verum Errolius, cuius inſignia merita nulla vnquam ætas ſilebit, multis grauibuſq; rationibus oſtendit moram ſuis pernicioſam, hoſti ſalutarem fore. tum ad circumſtantes conuerſus, bono animo eſſe iuſſit: ſe enim bene de victoria ſperare, ac primam aciem ducere velle. *nam quantum nos hoſtes numero*, inquit, *tantum nos illos animis, ac cauſæ æquitate ſuperamus. illi tu-*

Huntlæus et Errolius fidei cauſam ſuſcipiunt.

Errolij ad ſuos animãdos oratio.

multua-

multuarÿs populationibus aſſucti, nec vlla militari diſciplina efformati, vbi primos ordines turbauerimus terga dabunt. veſtrum contra vix vllus eſt qui & militis & ducis partes, vbi opus fuerit, obire neſciat. illi alieno imperio ad arma compulſi, nec ſupplicium ſi fugiant, nec præmiũ ſi vincant à quoquã expectant: nobis vero, quibus neceſsitas extrema hæc remedia ſuggeſſit, aut vincendum fortiter, aut glorioſè moriendum eſt. Verum licet mori in tam nobili prælio optandum eſſet: cui, precor, bona noſtra, cui coniuges, & chariſsima liberorum pignora relinquimus? an horum barbariei, quorum immanem crudelitatem, regionum, qua tranſierunt, vaſtitas teſtatur? abſit: tam infelicia omina auertat Deus: qui ſi vllis vnquã Scotorum armis fauerit, hodierno profecto die nobis deeſſe non poterit. quid enim aliud iam ſupereſt, quam, vt pollutis ſacris, euerſiſq; altaribus ex hominum etiam pectoribus catholica maiorum fides euellatur? quod ne fiat Chriſti in primis, cœliumq; fauor; tum virtus ac fortitudo veſtra efficiet. Et quia longiore oratione vos alloqui tempus prohibet, ipſe exemplo meo docebo quid ab vno quoque expetam.

Pugna catholicorũ cũ Hereticis ad Glẽliuetum.

Iam in conſpectu erant hoſtes, qui barbaro clamore Catholicorum paucitatem ſpernebant. Errolius diſpoſitis ſuorum ordinibus, duo tormenta bellica in aduerſam aciem diſplodi curauit, ediditque non leuem in conferta multitudine ſtragem. tum cum equitum præſtantiſſimis in hoſtium agmen inuectus, nullas ſtrenuiſsimi imperatoris partes omittit. qua ſui inclinabant opem ferre, qua cedebant hoſtes inſtare, laudando ſtrenuos, tardiores adhortando, feſſos excitando, quacunque incedebat,

debat, globum nobiliſsimorum militum ſecum ducens, viam ſuis aperire. iam cum peditibus aduenerat Huntlæus: ad quos hoſtis conuerſus tela confertim mittere occepit. inde equitibus pugnandi pauſa facta. Sectarij vbi nouis ſe copijs opprimi animaduerterunt, paucitatis noſtrorum, & multitudinis ſuorum immemores (vincere enim potuere pene ocioſi, & aliud agentes, ſi in acie tantum immoti ſtetiſſent) effuſo curſu terga vertentes proiectis armis, & veſtibus, ſeminudi in vicinos montes profugiunt. Et quamuis plurimum laborauerit Argadius, ſtrenuiſsime partibus ſuis functus, vt ſeruatis ordinibus ſe reciperent, nihil profecit. ex hoſtibus plurimi, e noſtris octodecim tantum deſiderari. aliqui victoria vtendum, rectaque ad regem promouendum exercitum, qui felicibus ſucceſsibus creuiſſet ſine duoio, ſuadebant. Sed comites, apud quos ſacra erat maieſtas regia, ſatis habuerunt periculum à capitibus ſuis depuliſſe. ea in pugna cecidit Achindunius baro Huntlæi comitis patruus, vir fortitudine, & genere clariſsimus. Errollius plurimis acceptis vulneribus, tibiaq; equi quo vehebatur lateri ferrea teli cuſpide affixa, non niſi confecta pugna & parta victoria, aut eximi ſagittam, aut vulnus obligari paſſus eſt.

Huntlæi aduẽtu inclinat hæreticorum acies.

Catholicorum in Victoria moderatio.

Intellecta hac ſuorum clade miniſtri (qui antea dum certa Catholicos debellandi ſpes videbatur, Deum illo prælio probaturum, cui religioni faueret,

Miniſtrorum in Catholicos rabies.

ret, in ſuggeſtis ac concionibus publicis inſolenter iactabant) ad Regem conuolant, peſsima quæq; in Comites, ac vniuerſum Catholicum nomen criminati: nec ab impijs conatibus deſtitere, donec duo Scotiæ decora rebellionis damnati, eorumque bona fiſco regio adiudicata eſſent. tum, quod nemo ſeptentrionales regni partes, vbi comitum autoritas vigebat, ad eorum bona occupanda progredi auderet; Rex ipſe inſtigantibus Puritanis profectus, Strabologæum Huntlæi, & Slaneſium Errolij munitiſſima Caſtra à fundamentis dirui iuſsit. eadem cum Huntlæo, & Errolio publicationis bonorum pœna mulctatus Anguſius Comes, egregius Catholicæ veritatis aſſertor. Sic tres nobiliſſimi Scotiæ Proceres vno eodemque tempore bonis exuti ob Catholicæ fidei profeſſionem exularunt. Anguſius, quod primariæ dignitatis apud Scotos munus eſt, procedenti ad Comitia regi coronam præfert. Huntlæus hæreditario iure regiam præturam in pluribus prouincijs exercet. Errolius Magnus ſtabuli comes eſt; notus apud exteras nationes potentiæ autoritatiſque gradus. hic non foris quam domi ab hoſtibus tutior, (magnarum enim virtutum, magnæ plerunque calamitates ſociæ comiteſque ſunt,) dum in mentito ſerui habitu ex Hollandia, quo eum tempeſtas detulit in Brabantiam cogitat: eximia, quæ in vultu lucebat & maieſtatis ple-

Comitum proſcripta bona.

Tres præcipui Scotiæ proceres ob fidẽ exulant.

Errolius ab Hollãdis captus Stratagẽmate euadit.

na comitate proditum, à Canfirenſibus captum Eliſabetha Angliæ Regina ab Hollandis contra gentium ius impetrauerat: & certo iam ſupplicio deſtinauerat. Sed pridie quam in Britanniam nauigandum eſſet, Errolius centurionem, cœteroſq; Anglos cuſtodes ſuos ſplendido epulo acceptos, ac iteratis Lyæi hauſtibus confuſos inſigni ſtratagemate decepit: nam ipſe ſimulata viciſſim ebrietate in ſtratum, quaſi ex vino capitis grauedinem ſomno leuaturus, negligentius ſe proiecit. tum vbi conuiuas, tam ſui quam captiui oblitos, altum ſtertere animaduertit, ſolus per poſticam euaſit; relictis famulis, quorum cura fuit omnia familiæ miniſteria pari lautitia exhilarare, ne dolum proderent. Sic conſcenſa Scotica naue, quam ſors obtulit, incolumis ad ſuos, miranda diuini numinis ope adiutus, redijt. Anguſius, & Huntlæus diuerſis quoq; temporibus in patriam rediere.

Dum comites exularēt, vix dici poteſt in quantam audaciam inſolens miniſtrorum nequitia creuerit, quod nullā ſupereſſe in Scotia potētiam putarēt, qua impiæ temeritatis gradus ſiſti poſſet. Sic eiectis regno Orthodoxæ fidei ſtrenuis propugnatoribus, ad cæteros opprimendos ſeſe accingunt. hac in parte dum regem qui plures catholicos publicis ac priuatis adhibebat conſilijs, expectatione ſua inueniſſent ſegniorem, quaſi furijs perciti templa, fora, & plateas ſeditioſis querelis impleuere. *Ad Ann. 1696. Miniſtrorum audacia.*

Eorũdem querelę in regem.

Regem purioris Euangelij pertæſum, Papiſmo iam palam fauere: fruſtra in populo erudiendo laborare verbi Dei miniſtros, fruſtra vitas ſuas Papiſtarum inuidiæ obijcere: quos rex non modo viuere ſineret, ſed præcipuis dignitatibus ornaret. Se Deum hominesque teſtes vocare, fidei cauſã non à ſe, ſed à Rege proditã. Vnus

Alexãder Setonius Scotiæ Cãcellarius.

erat Alexander Setonius, contra quem cõmune & conſentiens miniſtrorũ omniũ odium apparebat, ac querelæ non obſcuræ ſpargebantur. hic, ex nobiliſsima & Catholica Setoniorũ comitũ familia, Romæ multis annis vixit, virtutis nõ minus, quam pietatis ſtudioſus, in patriam redux, cũ generis nobilitate, ac prudẽtiæ laude clarus eſſet, Regi in paucis charus fuit. à quo opulẽtis prædijs auctus ſupremi Senatus Præſes primum, tum magnus Scotiæ Cãcellarius euaſit. in eo munere tãtam iuſtitiæ integritatiſq; famam adeptus eſt, vt morientis funus luctu publico ornatum fuerit. hic ante annos

Eius obitus.

quatuor, dum animam ageret, coram frequentiſſima procerum multitudine, ipſiſquè adeò inſpectantibus & audientibus hæreticis nonnullis, & ex miniſtrorum factione primarijs, orthodoxam veritatem palam & conſtanter profeſſus aſſeruit, ſe nihil in vita æquè pœnitendum egiſſe, quam quod remiſſiorem & minus acrem in vera fide profitenda, vt Principi morẽ gereret, ſe exhibuerit. hæc nõ ſine lachrymis loquutus, adſtãtes rogauit, vt teſtes eſſent, ipſum in Catholica Romana Eccleſia mori. quæ addidi, vt Scoti mei illum virum imitentur

V morien-

morientem, quem viuentem tantopere mirati ſunt. Ego interea ad Puritanos reuertor: quorum effrænem audaciam dum ego narro, tu deteſtaberis pie lector. Valterus Baquanqual, magnum inter Miniſtros nomen, poſtquam regem ſenatumq; conuicijs pro concione oneraſſet, Edimburgenſes Ciues ſupplex rogauit, vt ad horam diei decimam in templo nouo, quò frequentes Miniſtri venerant, præſto eſſent; reformati Euangelij plurimum intereſſe, ne è fidelium numero vllus deſideraretur. illi partim religionis ſtudio, partim rei nouitate perculſi, ad templum nouum tanto numero conuolarunt, vt vix quiſquam, præter imbellem mulierum ac infantium turbam, domi maneret. Ibi Gulielmus Vatſonus, qui cum Lyndeſio barone in curiam, ad Euangelij negocia cum rege regijſq; tractanda, miſſus erat, pluribus queſtus negatam ſibi regis præſentiam, ac reiecta ſuperbe à Senatoribus fratrum ſuorum æqua poſtulata. Tum Robertus Bruſius, Puritani miniſterij columen, magna vocis contentione ad confertam multitudinem conuerſus, oſtendit quanto in periculo, famulorum Dei exiſtimatio verſaretur, quantaq; reformato Euangelio ruina immineret à Rege & iniquiſſimo Senatu, niſi maturè ſtrenuèque periclitanti Eccleſiæ à fortibus viris ſubueniretur. Et Alexander Vaſius, vt miniſtris promiſerat, in columnæ gradu eminens, porrecta manu inclamat:

Miniſter ſeditionē mouet in regem.

Bruſius ciues in regem concitat.

Vaſij temerarium dictum.

hoc brachium Gedeonis diuina iura vlturum ſequimini. quibus verbis tanquam œſtro conciti e templo ad arma prouolant Edimburgenſes. vnus omnium ſed confuſus clamor erat, pro Deo & Eccleſia opem poſcentium. Sic plateas forumq; audaciſsimus quiſque compleuerat: apparebatq; vim Curiæ illatum iri, niſi opificum tribunus, regiorum adhortationibus motus, ſuos vt Deo & Regi adeſſent monuiſſet. Ita Curia à furentium inuaſione liberata. hærebant nihilominus in foro ſeditioſi: quibus cum duces, nō animi ad quidlibet audendum deeſſent; Edimburgenſis arcis Præfectus, maioribus aliquot tormentis bellicis Vrbi obuerſis, vt foro excederent, impetrauit. nec hic finis fuit. Nam Robertus Bruſius, ſcriptis ad varios Regni Principes literis, eorum auxilia, ad Dei & Eccleſiæ cauſam protegendam, ſollicitauit. Hamiltonio vero ſummam rerum & imperium diſertæ obtulit. ſed ille, data regi quàm à Bruſio acceperat Epiſtola, inſignem miniſtrorum in legitimum Principem detexit perfidiam. vocati paulo poſt Edimburgum Miniſtri ad rebellionis ſcelus diluendum, crimine læſæ maieſtatis damnati ſunt. Et licet iubente rege facinoris abolitionem impetrauerint, Puritanorum tamen ad hodiernum vſq; diem fidei inuſta rebellionis nota inhæret.

Edinburgenſes ad arma volant.

Bruſij epiſtolæ ad Proceres.

Miniſtri Maieſtatis dānati,

Ad Ann. 1597. Rex quo impiam illam ac formidandam ſectam (quam Sathaniſmum Caluiniſtarū vocare ſolitus

erat)

erat) ſine armis opprimeret: nouam ſtatuit administrandæ Eccleſiæ formam introducere: nã cum hactenus inter nouatores democratia obtinuiſſet, vt omnes miniſtri pares haberentur: effecit anarchia illa, quod in omni ferè eiuſmodi populari regimine vſu venire ſolet, vt nihil niſi mera confuſio eſſet: quæ ipſi regi, & politiæ ciuili nunquam non moleſtiam & turbas concitauit: hæc mala vt tolleret Rex, autoritatem omnem & regendi poteſtatem paucorum arbitrio permiſit: conſtitutis per Scotiam Epiſcopis Sectarijs, qui reliquis omnibus miniſtris gregarijs iure ſummo præeſſent. Anguſium præterea, Huntlæum, & Errolium Comites, vt nouus Puritanis metus incuteretur, in integrum reſtituit. & Huntlæus cum Hamiltonio Marchionis titulo auctus. non prius tamen peſsimæ Sectæ vires in Scotia fractæ & debilitatæ, donec Iacobus Angliæ Regno hæreditario iure ſuccedens, potentiſsimæ gentis acceſſione roboratus, penitus ſtabiliuit & firmauit Epiſcoporum autoritatem, & feſtis diebus pro more Anglicanæ Eccleſiæ decretis (quod grauiſſimum Puritanorum flagellum eſt) flexis genibus fruſtum illud panis in cœna quo Euchariſtiæ loco vtuntur ſumere; quadratos pileos, indumenta linea, atq; organa muſica, quæ vt ſacrilega in Sacerdotibus Catholicis olim damnarunt, ferre coegit. Secundum Puritanorum rabiem acerrimum fuit Roberti Cæcilij, qui Eliſabethæ Reginæ

Rex Eccleſiæ Scoticæ faciẽ mutat.

Proceres Catholici in integrũ reſtituuntur.

Ad Ann. 1598. Cæcilij in

pium cō-mentū ad uerſus Catholicos. Reginæ à ſecretis erat, in Catholicos, tam Scotos quam Anglos, odium. hic inter cætera profligatæ impietatis ſcelera, exploratorem & emiſſatium ſacrilegum, Remis in Anglorum Collegio diu nutritum, ſacroſq; Eccleſiæ ritus probe edoctum (cuius opera in prodendis Catholicis Anglis diu vſus fuerat) in Scotiam miſit. ille Orthodoxi Sacerdotis nomen, perſonamq́; mentitus, quidquid Catholici proceres in Deum hominesque peccaſſent, ipſis crimina ſua ex Eccleſiæ præſcripto fatentibus, Cœcilio prodidit: Cœcilius Regi. cui licet minus grata eſſet exteri hominis in Scotiæ rebus inueſtigādis diligentia, habitis de indicio gratijs, rem vtcunq; tranſegit, aut ſilentio tranſmiſit. Verum de Angliæ imperio ſecuro rege, & inſtante vrgenteque vaferrimo illo Cœcilio, ſæuiſſima pro fide tempeſtas in Anguſium, Huntlæum, & *Ad Ann. 1608. Anguſius exulat in Gallia.* Errolium, vt alios omittam, exorta. Anguſius, vt aſſiduarum vexationum redimeret acerbitatem, in Galliam profectus, (quo in regno ipſius maiores Turonenſem Ducatum, dignitatemque magiſtri equitum obtinuerunt ob inſignia Duglaſij nominis merita) in exilio, quod libens pro Chriſto ſubierat, vitam tandem magna virtutis & pietatis fama meritiſq; celebris, Lutetiæ Pariſiorum clauſit. migrante ad creatorem, vti ſperamus, pura anima, corpus ad D. Germani in ſplendido tumulo quieſcit: bona vero Gulielmo filio (quem

patre,

patre, patriaq; dignum, atq; Duglaſiæ gentis germen nobile omnes fatentur) ceſſerunt. Huntlæus Marchio in Stirlini caſtro pluribus annis detentus. Errolius Edimburgenſem arcem pro carcere habuit: vbi præclarum ſibi in fide Catholica profitenda conſtantiæ monumentum, alijs ad imitandum exemplum reliquit. Hos Iacobus Rex, fruſtra reclamantibus miniſtris, nullius culpæ reos liberari tandem iuſſit. viuit etiamnum vterq; in Scotia, atque vtinam diu, quod enixiſſimis atque calidiſſimis votis boni omnes deſiderant. Sunt præter hos alij e prima nobilitate Catholicæ veritatis ſtudioſisimi. nam Argadiæ comes magnus iuſtitiæ præfectus primariæ inter ſuos potentiæ, poſt Glenfildæam pugnam Romam veniẽs Orthodoxæ veritatis luce illuſtratus, diu in Scotia ſecreta fidei profeſſione latuit: relicta demum patria in Belgio cum Scotorum legione Catholico Regi cõtra Batauos rebelles magna fide inſeruit. aliorum publicata nomina & laudes, niſi ipſi iuſtis de cauſis latere cuperent, cum vberem mihi ad narrandum materiem, tum magnũ Scotiæ ad gloriam cumulũ adferrẽt. Sed eorum quos publico hoc elogio inſignes in hunc cenſum refero, adeo omnium ſuffragijs conteſtata, vindicataque, ac conſpicua fuere certamina, vt ſine crimine taceri nequeant. Inter hos Fintræus, Ladilandus, & Bonitonus barones iure optimo numerari merentur: de quibus crude-

Hũtlæus & Errolius ad carceres dãnati.

Argadiæ Comes fit catholicus.

Tres barones celebres.

crudeliter occiſis cum ſperaſſet triumphum miniſtellorum impietas, ſibi ſectæq; ſuæ poſteris, æternum infamiæ & damnationis trophæum fixit.

Fintræus capite plexus.

Accuſatus Fintræus, quod de Hiſpanis in Scotiam conducendis conſilia habuiſſet, capite plexus eſt.

Ladilandus occiſus.

Ladilandus cum non obſcura in ſe Prædicantium odia cerneret (quibus vt Catholicum hominem reum agant cauſa nunquam defuit) eorum inuidiam, in Hebridibus inſulis deliteſcens, annis aliquot declinauit. donec Andræas Cnoxius Paſletenſis Eccleſiæ Miniſter facinoroſis quibuſdam homicidis (qui cauſa priuatarum inimicitiarum domum prope Glaſgoam cum duobns infantibus immanitate inaudita combuſſerant) peſuaſit, vt in Ladilandum conſpirarent: facta prius ſpe certa, prioris criminis veniam à Rege, quem atrocitas ſceleris plurimum offenderat, impetrandi. illi quouis facinore impunitatem empturi, Elſæam inſulam, vbi Ladilandum latere intellexerāt, arcta obſidione cingunt, ipſumque nihil ſimile cogitantē ex inſidijs adhorti, plurimis transfixum vulneribus obtruncant. Sic horrendum flagitium capite fortiſſimi viri expiauit impia miniſtrorum pietas.

Bonitonius falſo crimine dānatus.

Bonitonius Regi, Reginæ, totique aulæ ob morum elegantiam gratiſſimus miniſtrorum iram in ſe prouocauit, quod Catholicam virginem nobilitate claram, Barbaram Grayam, coniugem duxiſſet: illi matris, quæ hæreſi infecta minorem

natu

natu filium impenſius amabat, in baronem odium accenderunt: ita vt de maiore exhæredando immitis mulier cogitarit. quare hic ſubtractas clanculum ex paternis ædibus Iuris ſui, & prædiorum tabulas in ſecuro locauit. quod factum licet omni crimine vacaret, ei tamen fraudi eſſe voluerunt. in carcerem deiectus, vbi nullis promiſſis, aut minis ab Orthodoxa fide ſeduci potuit, ſecuri percuſſus interijt. iniquam ſententiam ad Miniſtrorum præſcriptum confictis mendacijs mater crudelis, deteſtantibus immanem feritatem iudicibus ipſis, extorſit: in cuius manu, quamuis eſſet filium ſeruare vel perdere, nullis tamen, aut Reginæ, aut nobilium matronarum precibus, ad ſanam de filij ſalute mentem reuocari potuit. Tantum enim apud impiam viraginem valuere hæreſis furiæ, quibus agitabatur, vt ſiccis oculis filij mortem intueri mater, & æquo animo viri præſtantiſsimi occaſum fœmina expoſcere auſa ſit. huius coniux benignitate maxima à MAPHAEO tunc Cardinale BARBERINO gentis protectore ſuſcepta, Romæ piè obijt. relicta filia virgine, quæ liberali eiuſdem Principis cura, in Monaſterio S. Suſannæ ampla dote perſoluta ſacro flammeo velata, nunc pro VRBANI OCTAVI Pontificis munificentiſsimi, ac totius BARBERINAE gentis ſalute, aſſiduas ad Deum preces fundit. Margarita VVoda baronis ſoror, ac clariſſimi viri Iacobi Grayi Toparchæ

Mater filij necem procurat.

Bonitoni vxor Romæ piè obijt. filia fit monialis.

Soror vixit Caſtè toracti.

X

parchæ de Schiues vxor, fratris ſtudio ad fidem Catholicam traducta, diu inter nobiles reginæ Annæ puellas cum vixiſſet, ſanguine, modeſtia, pudicitia celebris, tandem ſolum vertit; viuitque Carpentoracti FRANCISCI Cardinalis BARBERINI benignitate & præſidio fœlix.

Miniſtrorum in Catholicis vexãdis ſtudia. Quia de Miniſtrorum ingenio facili fœcundoque ad rationes perdendorum Catholicorum inueniẽdas multa hactenus mihi dicta, vniuerſaq; in poſterũ ſcriptione narranda eſsent, non erit abs re, aut ſine lectoris fructu, vna opera ſemelque defungi labore præcipuarum fraudum, & artificiorum capita detegendi: vt intelligatur, quam ſint in malo perſpicaces acutique tenebrarum filij, & *Fidelitatis iuramentum.* hæreſis propagatores. Inter alias Catholicæ religionis peſtes, in primis eminet, ex Anglorum legibus & conſuetudine in Catholicis affligendis ad Scotos corriuatum, fidelitatis regi præſtandæ ſiue, vt loquuntur, Allegantiæ iuſiurandum: magna Catholici fundi, multos annos, in Britannia calamitas. Ita enim autoritatem regiam cum illa quæ D. Petro eiuſque ſucceſſoribus à Chriſto conceſſa eſt poteſtate, Iuramenti Architectus Sathanas plenus artificio & ſubdola verborum formula, cõfundit & miſcet: vt altera ſalua alteram perire neceſſum ſit: paratos vtiq; de Catholicis triumphos promittens: quos fallax iuramentum ſi reijciatur rebellionis, ſi admittatur impietatis laqueis con-

ſtrictos

ſtrictos tenet. dura profectò conditio; quæ homimines peccare cogit, vel in Chriſtum, qui Pontificiam Maieſtatem tãta autoritate in terris muniuit, vt eius decreta in cœlis rata eſſe voluit; vel in regẽ, cuius legitima in ſubditos iuriſdictio Deum ipſum autorem habet. vtriuſque imperij iura Dei filius ſuo in Euangelio probauit; ſed vtriuſque fines & terminos diuino illo oraculo fixit & diſtinxit. *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*. hiſce machinis orthodoxam veritatem oppugnãt Caluini aſſeclæ Scotiæ miniſtri: quibus acriores & magis gnauos, in regia dignitate, & maieſtate conculcanda, regibus ex ſolio deturbandis, nulla vnquam ſecta, nulla conſpiratio, aut peperit, aut habuit: nulla ætas aut vidit, aut audiuit. nec longe abiero; aduoco teſtes Geneuam, Rupellam, Motempeſſulanum, aliaſq; per Galliam ciuitates; in quibus recenti memoria caſtigandis Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus XIII. gemina ſibi caput corona; nominis inter homines, vitæ æternæ inter cœlites cinxit. Sed dolendum eas copias, hæreticorum improbitate rebellibus coercendis impendendas, quas æquum fuit in pellenda ex Europa Mahometica tyrannide occupari, florentique imperio Chriſto reſtituendo, quod fieri tantis viribus, & potuit, & debuit. Notum etiam eſt in remotiſsimis orbis terrarum plagis quas tragœdias defectio Bataua impietate nutrita, excitauerit. &

Nouatores rebellionẽ vbiq; fouent.

Puritani Aberdoniæ conueniunt An. 1600.

noſtratibus Puritanis eadem certe voluntas,ſolæq; opes & facultas ad rebellionem defuere: qui conuocata Aberdoniæ Synodo, inſcio rege regijſque (quod ſi vllis mortalibus cauendum, tum ipſis in primis, qui vocationem ſuam, doctrinam, autoritatemque ſolis Regentium Regnique decretis & legibus ſartam tectam in Britannia tuentur) ſerio inter ſe, de Eccleſiarum ſuarum libertate egere: quibus dies dicta, vt Senatui habitæ contra Regis edicta conuentionis rationem redderēt. Maieſtatis criminis rei, ac tandem damnati in varios carceres detruſi fuerunt. Sed nec pluribus experimentis probata toties hæreticorum perfidia, nec cognita Catholicorum erga Principes obſeruantia valuit, ad leniendos efferatos animos, aut cohibendos, in acerbiſsimis contra Catholicæ religionis profeſſores; more Anglico, ferendis edictis.ſubit certe ſæpenumero mirari qui fiat, vt Scoti, Anglique, qui ciuilium legum inter ſe ſocietatem tantopere auerſantur, iuriſq; communionem reſpuunt, tantis animorum; conatibus: iunctis nihilominus coſilijs in tanta religionis varietate, & contrarietate in Catholicum nomen conſpirent. inter cæteras leges fuere. Vt nobilium filij Pædagogos nonniſi ab Epiſcopis approbatos haberent, qui ſi in exteris regionibus ad orthodoxæ veritatis profeſſionem tranſirent, omni parentum ſubſidio deſtituerentur. Vt miniſtrorum cenſuræ quoſcunq;

Maieſtatis crimine damnatum.

Scotiæ, & Angliæ leges contra catholicos conſpirāt', licet in reliquis diſcrepent.

Aliæ leges in Catholicos et eorum liberos.

eunq; à paterna hæreditate adeunda prohiberent. Vt deniq;omnes qui Catholicam fidē digna Chriſtiano homine conſtantia profiterentur, infames exleges, & rebelles eſsent, dicerenturq;.

Floret nihilominus inter Scotos ad hodiernum vſque diem, Catholica maiorum fides, in eorum præſertim pectoribus, qui cæteros ſanguine, & doctrina,& virtute ſuperant. atque ſi vlli ſint eo in regno de Rege ac Republica benemeriti, illi profecto Orthodoxa veritate probe inſtituti,eiuſq; profeſſione clari ſunt, hos diuinarum Scripturarum oracula, ac ſalubria Catholicæ Eccleſiæ decreta docent, quid Deo,quid Dei in populis moderandis locum tenenti Principi tribuendum ſit. Catholica certè religio, non armis, vt Mahometana atque hæretica impietas, ſed diuina virtute mundum debellauit: Regumq; duritiem non legionum fortitudine, ſed cœleſtium orationum vi emolliuit. faxit Deus, vt preces, quas pro Caroli Regis totiuſq; Britanniæ ſalute perennes fundūt Catholici Scoti,à pio miſericordiæ patre, totiuſq; boni munifico largitore Chriſto exaudiantur. Atq; hic præſentis opuſculi finis eſſet, niſi me illorum virtus retraheret, & moneret, ne indicta relinquātur, qui inter ſæculi huius anguſtias depræhenſi, ſtrenuam in popularium ſuorum curanda ſalute Eccleſiæ operam nauarunt: in his præter laudatos primas partes iure ſibi vendicat Iacobus Betonius *Floret Catholica religio in Scotia.* *Viri aliqui de religione benemeriti.* *Iacobus Betonius.*

Glaſ-

Glaſgoenſis Archiepiſcopus: qui naſcenti in Scotia hæreſi adoleſcens diu reſtitit: neque piæ cauſæ in Gallia, quo ſolum vertere coactus eſt, defuit. nam decerpta parte, ex annuis Sacerdotiorum quæ poſsidebat prouentibus, Collegium alendis Scotis inſtituit dotauitq; Pariſijs octuaginta, vt ni fallor, librarum Gallicarum millibus. hic nullis promiſsis aut rationibus induci potuit, vt Eccleſiæ ſuæ iura, aut titulum in hæreticum hominem deriuari & transferri pateretur: cuius adminiſtrationem, vno ſupra quinquaginta annos, omni conatu ſibi vendicauit. moriens vero vniuerſam Eccleſiaſticam ſupellectilem, apud Patres D. Brunonis depoſiti iure reliquit, cum Catholica religione breui, vt ipſe animo concipiebat, Glaſgoam tranſportandam. Ioannes Leslæus Roſsenſis Eccleſiæ Præſul Mariæ Stuartæ à ſecretioribus conſilijs, vbi proditam ab ingratis ſubditis Reginæ ſuæ libertatem vidit, Romam commune bonorum refugium profectus, voce ſcriptiſq; fidei cauſam propugnauit. Gilbertus Brunus Noui Cœnobij Abbas, interdicto publico religionis Catholicæ vſu & exercitio, apud familiares viuens, cum magno animarum lucro, catholicis ſacris diu operatus eſt: tandem proditus exulare iuſſus obijt Pariſijs. Ioannes Fraſerius Nouioduni Abbas, multa Catholico viro digna ingenij bene culti reliquit Scoticè, latineq; ſcripta monumenta. Gilbertus Kennedus Mona-

Ioannes Lesleus.

Gilbertus Brunus.

Ioannes Fraſerius.

Gilbertus, Kēnedus

Monaſtica profeſſione inſignis, in monaſterij ſui ruderibus, Caſsilio comite, virum ex Kennedæa gente & ſanguine ortum, protegente, vſq; ad diem obitus vixit, tanta apud hæreticos ipſos reuerentia, ac probitatis opinione, vt ſolus litium, quæ inter vicinos oriebantur, arbiter caperetur. eum Miniſtri grauibus vexarunt iniurijs, omnibus tandem libris, ſupellectile, ac rebus ſacris ſpoliarunt, ea tamen animi moderatione, & compoſitione pollentem, vt ad centeſimum ætatis annum peruenerit. Iacobus Balandenus Morauienſis Ecclesiæ Archiediaconus, in celebri Sorbonæ ſchola Magiſtri laurea donatus, ſūmo ſtudio popularium ſuorum animos hæreſi laborantes, cum ſcribendo, tum diſputando conatus eſt liberare: comitemq; habuit honoris & laborum Iacobum Langæum. Extant Ioannis Coluilli acres ad Sectarios adhortationes, quæ poſthumam nominis gloriam autori, lectoribus magnosq; animorum fructus pariunt. Iacobus Chynæus Arnagiæ baronis Frater, legum autoritati cedens, opem, quam Scotis in patria ferre nequijt, in Gallia & Belgio nauiter tulit. mortuus eſt Tornaci, vbi eius Eccleſiæ magnus Pœnitentiarius, vt vocant, diu fuerat, bonis ex aſſe legatis Duaceno Scotorum Seminario. Vir fuit raræ eruditionis, magnæque prudentiæ, & varijs tam in Philoſophia, quam in Matheſi ſubtiliter eleganterq; ſcriptis, & publicatis operibus nobiliſſimus

Iacobus Balandenus et Langeus.

Ioannes Coluillus.

Iacobus Chynæus.

liſſimus. Notæ ſunt tam in Gallia, quam in Britānia Ioannis Hamiltonij Sorbonici doctoris laudes: qui Pariſienſis Academiæ rector cum eſſet, inſignem ſe Catholicæ fidei defenſorem præbuit: redux in Scotiam egregius periculorum contemptor multas prouincias catholici ſacerdotis fungens officio, obiuit; tandem à Miniſtris captus, ac Londinum miſſus veneno, vt multis placet, enectus in arce Londinenſi occubuit. Dauid Lauius dum inſequentium apparitorum diligentiam fuga eluderet, perfracto crure in Flandriam delatus, Duaci mortuus eſt, glorioſa claudicatione ſplendeſcens. Andreas Chrictonus ter in exilium miſſus, quarto in patriam redijt, vbi poſt diutinum carceris ſqualorem, denuo in exilium miſſus, in itinere Romano interijt. Iacobus Setonius, poſtquam annis aliquot in Galliarū Regis caſtris, ſumma cum laude militaſſet, ad Chriſti ſignia tranſiēs, ſacrisq; initiatus, diu in Scotia, fruſtra reclamantibus miniſtris, apud Huntlæum Marchionem vixit, non inutilis dominicæ vineæ cultor: ſed verſis demum in vnius caput miniſtrorum omnium querelis, Marchio Regis iuſſu hominem dimiſit; qui Antuerpiæ, poſt alterum, quo in exilium miſſus eſt annum, vita functus eſt. Fuere quoq; ex Societate IESV Viri complures quibus multum debere ſe profitetur Scotia. Iacobus Tyrius omnium diuinarum, atq; humanarū ſcientiarum peritus, ſcripto

Ioannes Hamiltonius.

Dauid Lauius.

Andreas Chrictonus.

Iacobus Setonius.

Religioſi ex Societ. Ieſu.

Iacobus Tyrius.

ad

ad fratrem libello, graue hæreſi bellum indixit. à ſuis etiam electus, vt Generali ordinis Præpoſito in Societatis moderatione adſiſteret: quo in munere ita vixit, vt non ſine maxima ſanctitatis opinione Romæ ſit mortuus: relictis in Romano Collegio dignis æternitate ingenij monumentis, quæ nimis diu publicæ vtilitati debentur. Edmundus Hayus ad eiuſdem dignitatis gradum inter Societatis religioſos euectus ita rerum agendarum ſcientiam cum doctrina & pietate coniunxit, vt poſteri ſe plurimũ ex ipſo in omni vitæ genere profeciſſe fateantur: hunc ſecutus gentilis Ioannes Hayus Dylgitæi baronis frater, ſpretis vitæ periculis, in patriam ad hæreſeon zizania euellẽda profectus, non indignam ſe tanta ſtirpe ſobolem oſtẽdit. Quid de Iacobo Gordonio ſeniore dicam, Huntlæi Marchionis patruo? qui opulenta relicta hæreditate, ac neglectis ijs qui familiæ iure debentur honoribus, elegit abiectus eſſe in Domo Dei. hic in Scotiam rediens poſtquam Miniſtros aliquot corã rege, ſuſcepto de religione certamine, deuiciſſet, in exilium miſſus, multa in ſeceſſu illo de cõtrouerſis fidei capitibus ſcripſit, quæ magna Catholicorũ vtilitate paſsim feruntur: tandem poſt publicam diuinarum literarum profeſsionem, ac varios per Galliam prouinciarũ apud ſuos adminiſtrationes, longæuus ſenex ad cœleſtem patriam migrauit, bonis omnibus ſui relicto deſiderio. Robertus Abercrombius

Edmũdus Hayus.

Ioannes Hayus.

Iacobus Gordonius

Robertus Abercrombius.

bius Annæ Magnæ Britāniæ Reginæ, priuſquā in Angliam proficiſceretur, à confeſſionibus fuit; primuſq; in Sarmatiā patribus ſuis viam aperuit. Sed

Gulielmus Chriſtonus. Gulielmum Chriſtonum aliorum pene omnium ſtudia charitate in patriam, ſi non ſuperaſſe, æquaſſe profecto nemo prudens negabit. cuius inſignem memoriam in Louanienſi Scotorū Seminario augendo, ornandoq;, quod Duacū poſtea traductum

Gulielmus Mordocus eſt, nulla ætas delebit. Gulielmus Mordocus ex eadem congregatione ſacerdos, à Morauiæ Pſeudo-epiſcopo cum omni Sacerdotali apparatu captus, ac Edimburgum ductus, conſtanter carcerem & vincula pro Chriſto paſſus eſt. demū vt Miniſtrorum iræ ſatisfieret, prolata in eum mortis ſentētia. tum per plateas tractus, eodē habitu quo in ſacrificio vtebatur indutus, inſanienti plebi ludibrio fuit. Sed cum ſacras veſtes ſibi detrahere, ac in ignem, qui in medio foro lucebat, inijcere, vt viuus ipſe euaderet, iuberetur; malo, inquit, innocēs mori quā ſacrilegio contaminatus viuere. hoc reſpōſo frendens ex adſtātibus inſolentior Puritanus quidam, Dei Sacerdotem impia dextera percuſsit, lictoreſq; detracta indumenta in flāmas proijcere iuſsit. Mordocus vero mutata in exiliū mortis ſentētiā Muſſiponti obijt. Patricius Anderſonus non habitum

Patricius Anderſonus. ſolum, vt cœteri, ſed patriam quo tutior lateret diſſimulans, Gallum enim & moribus & ſermone dixiſſes, deuios multos in viā veritatis reduxit, nec

paucos in ea nutantes confirmauit. quare adeo exoſum Sectarijs viri nomen fuit, vt omne in ipſo perquirendo ſtudium conſumerent: quorum furori prudentia ſingulari aliquandiu ſe ſubtrahẽs, in palæſtram denuo redibat, nec ante pugnarum pro Eccleſia & laborum finem fecit, quam vitæ; ab æterno agonotheta ad coronam Londini euocatus. Gulielmus Ionſtonus, poſt impẽſos aliquot Archiducum fratrum in Germania inſtitutioni annos, in Scotiam traiecturus, veneno ab hæreticis ſublatus fuit. Ioannis Ogilbæi viuentis ſtrenua cõtra hæreſes certamina, nobiliſq; poſt equuleum, & octo dierum vigilias morientis triumphus, Scotos docuerunt, quid agere patiq; poſſint humana mẽbra Catholicæ religionis præſidio armata. De Gulielmo Elphinſtono nobili pioq; adoleſcente ſcripſit fuſe Hieronymus Platus in libro de bono ſtatus religioſi. Georgium Mortimerum magnæ ſpei iuuenẽ, magna præſtantem, & maiora in poſterum de ſe pollicentem immatura mors Scotiæ abſtulit. De Muffetto, & Grino non ſine doloris ſenſu ſcribo, quorum ille in Scotia carcerem expertus, Augi in Gallia obijt: hic in Germania multorum in docendo, ſcribendo, diſputando ſtudiorum ſudoribus inclytus. Illuſtre fuit in Seraphica S. Franciſci familia Forboſiorum fratrum, ac nobile in vera pietate ſtudium: quorum virtutes libellus, qui Alter Alexis titulo legitur, luculenter enarratas cõtinet. Rogerum

Gulielmus Ionſtonus.

Ioannes Ogilbæus.

Gulielmus Elphinſtonus.

Georgius Mortimerus.

Muffetus et Grinus.

Patres Capucini.

Forboſij fratres.

Rogerus Lyndeſius rum Lyndeſium, mití ingenio, erudita & prudenti modeſtia labores ſuos ſacros inter Catholicos diſpenſantem, complures annos Scotia ſuſpexit, & vnicè amauit. Et Ioannem Grayum ex D. Dominici familiaribus, fuſus pro fidei confeſsione ſanguis cœlitum choris inſeruit. Bonauentura Hepburnus D. Franciſci de Paula ſodalis, cum omnia ſcientiarum comparáſſet adiumenta, quibus opprimi hæreſis ſolet, inter cœtera variorum idiomatũ & linguarũ adeo gnarus euaſit, vt paucos pares neminem ſuperiorem hoc viro viderit noſtra ætas. Atq; hæc rudi, craſſoq; incultæ orationis filo de gente mea contexui, vti ex magno præſtantiſsimorum hominum numero cõmeqtanti mihi pauculi in mentẽ memoriamq; venerunt. Nolim autem putet, aut interpretetur quiſpiam ſilentio meo factam eſſe iniuriam illis, quos indictos præterijt feſtinãs ſtylus, meritis iuxta claros. nam, & hos accuratiori lucubrationi, & iuſtæ ſi Deus vitã, & otium dederit, reſeruaui hiſtoriæ; cuius nunc primas, tenueſq; lineas adumbraui: vita functorum, quam viuorum laudes perſequi, inuidorum latratibus minus expoſitũ & opportunum exiſtimaui. mors aut approbatores, aut æquiores ſpectatores dabit virtutum encomijs: faciam certè intelligant omnes nunquam Scotiæ defuiſſe, ex quo Catholicam religionem eſt primum amplexa, fortiſsimos Chriſti athletas: nunquam viros omni virtutum & erudi-

Io: Grayus Dominicanus.

Bonauentura Hepburnus minimus.

Autoris excuſatio.

tionis

tionis gloria inclitos: nec cauſæ quicquam eſſe, quare vlli nationi fidei Catholicæ conſtantia, aut animos excolendi ſtudio cedat.

Scotiæ Protectores.

Sed næ ego homo ingratiſſimus ſim, ſi Scotorum Chriſto militantium certamina & adoreas referẽs, taceam quorum conſilijs prudentia & cõmeatu ad has pugnas fortiter pugnãdas ſint inſtructi & excitati, æternitate digniſſima Principũ nomina: quos Scotia Patronos benigniſsimos venerata eſt ſemper, hodièq; veneratur purpurati Collegij lumina. Adfuit Scotis, & vniuerſam gentem maxima prudentia & amore protexit clariſsimum Romanæ togæ decus Nicolaus Caietanus procelloſa illa & dubia rerum tempeſtate; qua Maria Regina in terris perfidæ Anglæ carceribus contra ius faſq; detẽta, hæreſis per Scotiã impune vagari, & venenatas radices agere cœpit; Catholiciq; Præſules coacti ſunt ſolum vertere ob fidei orthodoxæ profeſſionem. Nicolai tamen prolixo in Scotos ſtudio factum eſt, vt nec exulibus ad vitam deeſſent neceſſaria, nec ſtudioſæ literarum iuuentuti inſignis virtutis palæſtra. Eſt, eritq; æternum grata Clementis Octaui apud Scotos, & in pretio ac veneratione memoria, qui Cardinalis cum diu gentem patrocinio ornaſſet, Pontifex liberalitatem quoq; ſuam; inſtituto in Quirinalis decliui Collegio, probare voluit. Paulum Quintum rerum noſtrarum defenſorem vidimus Cardinalem, poſteaque Pontificis

Nicolaus Card. Caietanus.

Clemens VIII.

Paulus V.

piam manum opportune aliquoties ſenſimus: cuius tamen præ cæteris in nobis complectendis curæ & benignitati, hoc in primis nomine nos plurimum debere fatemur,& remotiſsima omnis Scotorum poſteritas fatebitur,quod gentis noſtræ tutelam BARBERINORVM FAMILIAE cōmendarit, ad Scotorum res in tutiſsima olim portus ſtatione collocandas, nunquam interitura fundamenta ieciſſe certo ſperamus. MAPHAEVS enim BARBERINVS Lutetiæ primo Pariſiorum,apud Regem Chriſtianiſsimum Apoſtolicæ Sedis nuncij munere fungens, ſuſceptis Scotorum cauſis, inſita quadam aduerſus nationem benignitate, afflictos propugnauit: ſuaq; autoritate à miſerorum ceruicibus iniurias ſæpe depulit; beneficijs & liberalitate Principe dignis auxit. eiuſque domus virtuti ob religionem profugæ, & palantibus literis amœna tutiſsimaq; ſedes, & aſylum fuit. Cardinali poſtea, tantopere creuit cum dignitate ſtudium, erga pietatem exulantem,& confligantem cum anguſtijs eruditionem, vt quamuis grauiſsimis, ob ſummam ſapientiam, Reipublicæ Eccleſiaſticæ negocijs præpeditus detineretur, non tamen intermiſerit in Scotis protegendis voluntatem & labores;admirantibus,& laudantibus omnibus beneficentiam, nulla re magis, quam virtutis & muſarum laborantium amore & miſeratione prouocatam. hauſerunt ex perenni iſto fonte non

Maphaus Card. Barberinus.

pauci,

pauci, in primiſque largiter Georgius Strachanus, Thomas Demſterus, & Ioãnes Barclaius, cuius clarũ apud omnem poſteritatẽ erit nomen. Et quamuis pauciora inter Cardinales ſacerdotia poſſideret nullus inueniretur; nullius tamen maior, vberiorq; animus, aut profuſior manus in faciẽdis pro Eccleſiaſtica dignitate ornanda ſumptibus, ſiue in Italia, ſiue in Gallia verſaretur. numerantur enim ſupra centena aureorum millia ante purpuram de patrimonio familiari expenſa; nec vllius Principis liberalitatem lacunæ tantæ ſarciendæ admiſit. Quare non immerito euecto ad Pontificiam celſitudinem VRBANO OCTAVO, communibus votis & vnanimi conſenſu FRANCISCVM BARBERINVM in patrui locum depoſcentes Scoti, fauſtiſsimo orbi terrarum omine celeuſma concinarunt.

Frãciſcus Card. Barberinus.

Vnica Romanis aquilis imperia Thule
BARBERINI apibus ſubdere iura petit.
Scilicet illæ vngues cunctorum in damna tulere:
Subſidium hæ cunctis mellea dona ferunt.

hac tandem fœlicitate macta nunc Scotia gloriatur Dei optimi Maximi miſericordia, & BARBERINORVM in Scotos benignitate, ſe illum videre Pontificem, quem habuit multos annos patrẽ, & defenſorem. eo iactat ſe protectore & Mœcenate, cuius ſæpe etiam adoleſcentis illuſtres fuerunt præclaræ in Scotos beneuolentiæ ſignificationes.

cationes. In huius boni ſocietatem anno ſuperiore lœta deuenit Anglia, vt coniunctæ eiuſdem inſulæ ambitu, & ſubditæ eidem principi nationes, & domiijſdem malis oppreſſæ eiuſdem protectoris patrocinio defenderentur. Nec dubitamus, quin fœlicibus adeò auſpicijs, & ſapienti Rectorum ductu, in Eccleſiæ matris ſinum conuolans Britannia, æternum BARBERINORVM pietati diligentiæque in Catholica religione promouenda monumentum, & de extirpatis erroribus trophæum ad omnem poſteritatis memoriam fixura ſit.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I N-

INDEX.

A

Abbatum Opes. 78
Aberdonenſis Epiſcopus. 59
Aberdoniæ ſacra profanantur. 127
Acbaius R. 42
Academia Glaſcoenſis. 78
Academia Ticinenſis. 45
Academia Pariſienſis. 45
Academia D. Andreæ. 75
S. Adamanus. 36. 37
Adolphus Princeps. 41
Adrianus. 48
Adamus Epiſcopus. 66
Aegidius Cardinalis. 66.
Aeneas Siluius. 76
Aidanus R. 31
Aidanus Ep. 36
Alanus Stuartus. 73
Albanus M. 14
Albion. 20.
Alcuinus. 45
Alectum. 40
Aluredus R. 48.49
Alexander R. 48
Alexander II. 65. 66
Alexander III. R. 67.69
Alexander III. Pont. 64
Alexander VI. Pont. 80.
Alexander Aleſius. 98
Alexander Anderſonus. 131
Alexander Setonius Cancellarius. 154.
Alexander Vaſius. 155
Alegantiæ iusiurandum. 162
Ambianus. 18
Amphibalus. 18
Amichabus. 54
Ambitus vulgi. 90
Anglia. 7. conuertitur ad fidem 31
Anachoretæ. 14
Andreas Carolſtadius. 94
Andreas Criſtonus. 168
S. Andreæ reliquiæ. 19. eiuſdem Ciuitas. 20. arx. 107
D. And. Scotiæ tutelaris. 21
Aranius Comes Gubernator Scotiæ. 101. 102. 104
Argadienſis Ep. 65
Argadiæ Comes. 113. 119. 149 159
Artuillius. 41
Anguſius Comes. 101. 152. 153. 158
Angli. 128. 129
Andreas Lecho. 129
Anna R. fit Catholica. 147
Anna Bolena. 97
Aſcitæ. 14
S. Athanaſius. 29
Atholienſis Comes. 67
Auguſtinus. 33
Auaritia nobilium. 89
Auguſtana confeſſio. 95

INDEX.

B.

S. Baldredus 31
Balthaſar Hubingerus. 94
Balthenus 17
Barones 44
S. Beanus. 54
Beda. 33. 34. 35. 36
S. Benedicti Regula. 38
S. Bernardus. 60
Bernardus Stuartus. 74
Blanus. 52
Bobienſe Monaſterium. 34
Boiomanus Nuncius 82
Bonauentura Hepburnus 172
S. Bonifacius Apoſt. 37
S. Bonifacius Epiſc. 40
Bonitonius. 160. 161
Boydus Baro. 121
Brechmenſis Epi. 59
S. Brigida. 28. 29
Britanniæ incolæ. 4
Britannia. 9. 15
Britones 7. 15
S. Brunonis Sodales. 118
Bruſchius f. 39
Bucerus 95
Buchananus. 12. 22. 26. 29. 39. 40
Buchamiæ comes. 74

C.

Cælius Sedulius. 25
Caius 48
Calanus. 18
Caledonij. 7
Caluiniſtæ. 111
Candida Caſa. 55
Cantelmi. 45
Catechenſis Comes. 67
Carmelitani. 69
Carmocus. 18
Caſsilius comes. 101
Carolus V. Galliæ R. 68
Carolus VII. Galliæ R. 68
Carolus M. 42. 43. 45. 50
Carolus V. Im. 84
Cathaneſis Ep. 55
Catharina R. Ang. 96
Catholicę religionis ſtatus præ-ſens. 165
Cauſa tres huius ſcriptionis. 3. 4
Citbacus. 27
Claſsis Hiſpanica. 145
Clemens. 45
Clemens VII. 85
Clemens VIII. 173
Cæleſtinus Papa. 22. 23. 64
Coganus. 42
Colmanus Ep. 30. 36
Colmocus. 52
Colonatus. 40
S. Colombanus. 33
S. Columba. 27. 31
Comitia Edimburgenſia. 134
S. Conanus. 38
Conganus. 52
Conimus. 27
Cormachus Ep. 57
Conſtantinus M. 15. 16
Conſtantius. 17
Conſtantinus III. R. 51
Contemptus Religioſorum. 91
Conuallanus. 31
S. Conuallus. 32
Conuallus R. 26

Craſo-

Crafordiæ comes. 146
Crux Chriſti. 11. 261
Culdæi. 12. 14. 38
Cuſtodia corporum R. Galliæ 168.

D.

Damianus. 21
Dani 51.
Dauid I. Rex Monaſteria XV. extruxit. 58. Epiſcop. IV. 59
Dauid Betonius Card. 98. 102. 103. 105. 106
Dauid Lauius. 168
Deaſ. 82
Decreta Comitiorum contra Catholicos. 137. 139. 140. 141. 143. 144. 164.
Decretom impium. 134.
Diocletianus. 13
S. Diſsibodius. 38
Diſsidia Scotorum. 109
Diuinicus. 42
Doganus. 34
S. Dominici ſodales. 66
Domitius 27
Donaldus I R. 19
Donaldus Inſulanus. 29
Donaldus VI. R. 48
S. Donartius. 54
Donenaldus cum IX. filiabus 40.
Donenaldus. 51
Donſtanus. 42
Doumblacenſis Ep. 59
Doumcbeldenſis Ep. 59.
S. Droſtanus. 32
Druides. 18
Duffus R. 51
Dunelmenſe Monaſt. 56
Dunfermilg. Monaſt. 56
S. Dutbacus Epiſ. 63. 81
Dux Caſtri Eraldi. 104. 125

E.

EBergerus Archidiaconus. 52
Eccleſia S Saluatoris. 18
Eccleſiæ incenduntur. 119
Edgarus R. 55. 58
Edimburgi graßantur hæretici. 122
Edimburgenſium tumultus 156
Edmundus Hayus. 169
Eduardus Epiſ. 61
Eduardus Ang R 71
Eduardus Ang R. 107
Eliſabetha R. 127. 153
Englatius. 52
Epiſcopi hæreticorum petitionibus reſpondent. 115
Equites D. Andreæ, ſeu Cardui. 50
Erroliæ Comes. 146. 149. 152.
159
Eſca fil. 1
Ethernacus. 27
Euſebius. 21
Eugenius VII. R. 39
Eugenius III. Pont 62
Ferdinandus II. M. D. Etruriæ 44
Ferguſius II. R. 22
Ferranus 18
Fetbus 27
S. Fiacrius 37
Fidei capita ab hæreticis propoſita. 113

Piſa vaſtatur. 119
Fintraus Baro. 186
Firmanus Ep. 36
S. *Florentius*. 139
Florentia. 43
Fœdus inter Scotos, & *Gallos*. 42
Forboſij fratres. 171
Formanus 80
Fredericus Imp. 64
S. *Franciſci ordo*: 66
Franciſcus Gall. R. 84
Franciſcus Cardinalis Barberinus. 162. 175
Fuldenſe Monaſterium. 46

G.

S. *Gallus* 33
Galli Leythum muniunt. 125
Garnardus R. 40
Gaſpar Guſmanus. 145
S. *Gaudentius*. 33
Gauinus Dumbar. 82
Gauinus Duglaſius. 83
Gelaſius. 21
Georgius Strachanus. 175
Geruadius Ep. 47
G. Vuiſcherus. 105
Georgius Mortimerus. 171
Giberinus Ep. 30
Gilbertus Morauius. 62
Gilbertus Brunus. 166
Gilbertus Kennedus. 166
Glacianus Ep. 47
Glaſgoenſis Ep. 55
Glencarnus comes. 101
Glencarniæ comes. 121
Godius. 58
S. *Gregorius M*. 33
Grantius. 113
S. *Gualterus*. 60
Guilanus. 102
Gulielmus Achaij frater. 43. 45
Gulielmus Valleſius. 70
Gulielmus Sempelius. 144. 145
Gulielmus Valſonus. 153
Gulielmus Chriſtonus. 170
Gulielmus Mordocus. 170
Gulielmus Ionſtonus. 171
Gulielmus Elphinſtonus. 171

H.

Hebrides. 8
Hæreſis Lutheri. 92. 93. 94
Hæreſis inualeſcit in Scotia 109. 117. 118
Hæretici damnantur. 110 *inſurgunt*. 111 *ſubſidia petunt à vicinis*. 124
Harlaus. 113
Hedelbertus. 25
Herbipolis. 41
Helias Ab. 53
Henricus Auſtriæ D. 61
Henricus Vardlaus Ep. 75
Henricus Liſtonus. 78
Henricus Chriſtonus. 78
Hector Boethius. 83
S. *Helena*. 15
Henricus Ang. R. 84
Henricus VIII. R. 85. 96. 97. 99. 101. 107
Hierguſtus R. 20
Honorius Papa 35. 66
Hugo Cardinalis. 62

Huſ-

Huſmanus Legatus. 79
Huldericus Zuinglius. 94
Huenſis Inſula. 36
Hungus R. 49
Huntlæa Comitiſſa. 147
Huntlæus comes. 109.110.146. 149.151.153.159

I.

Iacobus Duglaſius. 72
Iacobus I. R. 75
Iacobus II. R. 77
Iacobus Kennedus Ep. 77
Iacobus IV. R. 86
Iacobus V. R. 85. 97. 98. 99. 100.
Iacobus Stuartus Nothus 113. 119.133.138
Iacobus Maxuellus. 138
Iacobus VI. R. 137.140.147
Iacobus Betonius. 165
Iacobus Balandenus. 167
Iacobus Langæus. 167
Iacobus Chyræus. 167
Iacobus Setonus. 168
Iacobus Tyrius. 168
Iacobus Gordonus. 169
Iacobus Straquhinius. 131
Innocentius VIII. P. 80
Inſignia Scotorum. 43
Innocentius III.
Iona Inſula. 22
Ioannes Papa. 35
Ioannes. 45
Ioannes Scotus. 48
Ioannes Duns. 72
Ioannes Stuartus. 73
Ioannes Fogus. 76
Ioannes Maior. 83
Ioannes Scotus. 84
Ioannes Tezelius. 92
Ioannes Staupitius. 92
Ioannes Caluinus. 93
Ioannes Cochlæus. 98
Ioannes Leslæus. 106.166. 131. 133
Ioannes Cnoxius. 106.117. 133. 135
Ioannes Fraſerius. 166.
Ioannes Coluillus. 167.
Ioannes Hamiltonus. 168
Ioannes Hayus. 169
Ioannes Ogilbæus. 171
Ioannes Grayus. 172
Ioannes Borthuicus. 84
Ioannes Barclaius. 175
Iulius Cæſar. 7
Iuſtus. 35
Iudices Epiſcop. qui. 81
Iulius II. Pont. 81

K.

Kennethus R. 46
Kennethus III. 51
S. Kintigenus. 28
S. Kilianus. 40

L.

Ladilandus B. 160
Leges Chriſtianæ. 26.46.
Lenoxius comes. 103.104.138
Leo X. Pont. 91
Leo M. P. 43.
Libido Eccleſiaſticorum. 90
Ludouicus Imp. 48
S. Ludouicus R. 67
Ludouicus XI. R. 77.

MA-

M.

S. MAcarius Ep. 42
S. Macarius Ab. 61
Machabeus. 21
Machetadus. 57
Madulphus 40
Maſſenius. 113
Magdalena R. 100
Maia Inſula 48
Malcolmus duffus. 52
Malcolmus R. 53
Malcolmus Canmoire R. 54. 56
Malcolmus Virgo. 61. 62
Mapheus Cardinalis Barberinus. 163. 174
Marianus Scotus. 34. 57
Mariſcotti. 44
S. Margarita. 55. 56. 69
Mariora R. filia. 73
Margarita Gall. R. 76
Margarita R. Scot. 81
Maria Stuarta R. 101. 103. 108. 109. 110. 134.
Martinus Lutherus. 91. 92
Marcus Grimanus Pat. 104
Martigius. 125
Mariæ comes. 139
Maria Guiſia. 100. 103. 113. 119. 120. 122. 126. 127. 130
Matildis R. 60
Matthias Flaccius. 95
Mauritius Ab. 71
Medanus Epiſ. 50.
Medanus. 52
Medicei Globi 44
Mellitus. 33. 35
Memborinus. 52
Merchiarum comes. 67
Merinus 21.
Merinatus. 21
Michael Scotus. 69
Milites Scoti ad D. Ludouicum miſſi. 62
Miniſtrorum impietas. 141. 142. 143. 148. 153. 156.
Modanus Ep. 39
Modocus. 18
C. Molocus. 37
S. Molocus. 37
Mona inſula. 6
Monaſteria diruuntur. 118. 120
Moniales male habitæ 120
Monteſarus. 27
Mordocus R. 40
Morauienſis Ep. 55
Mortonus. 139
Moueanus Ep. 51

N.

N Brochius. 125
Nectanus Ep.
Nerius. 21
Nicolaus Pelleuæus R. 135
S. Ninianus. 25. 81
Nicolaus Card. Caietanus. 173
Ninianus Vuinzetus. 135
Normanus Leſlæus. 109
Nouatores vbique rebellionem fouent. 163

O.

OBſidio Leythana. 128. 129. 130.
Oecolampadius. 94
Ogiluiæ ſolitudo. 40
Oliuerius Sinclarus. 100

Orca-

INDEX.

Orcades. 8
Orcadenſis Ep. 55
Origo hominum ab Adamo, & Noe. 5
Origines gentium fabuloſa. 5
Ordo Equitum Rutg. 51
Oſualdus Angl. R. 35
Otholinia. 20
Ouanus. 52

P.

Pacem auerſantur heretici. 120. admittunt. 123
S. Palladius. 22. 25. 34
Paparones 45
Paſcha obſeru. 34. 35
Pasletum Monaſterium. 37
Patto Abb. 42
S. Patricius. 24
Paternus. 54
Patricius Grahamus. 78
Patarrus. 123
Patricius Anderſonus. 170
S. Paulus 9
Paulus Oroſius. 12
Paulus Craus. 76
Paulus III. 99. 104
Paulus V. 174
Pelagianiſmus 22. 37
Pelegrinus Archid. 53
Perthum expugnatur. 121
S. Petrus. 9
Petrus Strotius. 107
S. Pharao Ep. 37
Philippus II. Hiſpaniarum Rex. 56
Philippus Melanthon. 94
Philotheus. 73
Picti. 8 ad fidem conuerſi. 34.
delentur. 49
Pipinus R. 44
Platina error. 64
Præfatio ad lib. I.
Præfatio ad lib. II.
Priſcus. 18
Priſcus Ep. 30
Proceres catholici mouent contra hæreticos. 122. 123
Proceres Sectarij. 128
Protectores Scotiæ. 173
Pſeudomartyres. 105.
Puritani à Rege oppreſſi. 157. conueniunt Aberdoniæ. 164

Q.

Quintinius Kennedus. 136

R.

Rabanus. 45
Rebellio ſpecie religionis legitur. 119.
Reginaldus Abb. 64
S. Regulus. 19
Religionis prima mutatio. 102
Reliquiæ Sanctorum. 39
Riarij. 44
Richardus Abb. 57
Richardus à S. Victore. 61
Romani imperium Chriſto diſponunt. 6
Roma. 16
S. Romanus 38
Roſenſis Ep. 49
Rodulphus Ep. 63
Robertus Stuartus. 74
Robertus Bruſius. 70. 72. 148. 155. 156

Roſ-

Roffenſis Cardinalis. 97
Robertus Vacbopus. 112
Robertus Abercrõbius. 148. 160
Robertus Cęcilius. 137
Rogerus Lindeſius. 172
Ruthius. 27
Ruthenius. 123

S.

Sacra cuerſa. 118
Sacerdotes bonis ſpoliantur. 130. 135.
Sacerdotes mẽtito habitu in Scotiam veniunt. 144
Scandalaus. 27
Scotiæ limites. 8
Scoti. 5. 10. 11. 15. 17. 100
Scoti. 43
Scotia. 44
Scotiæ ſtatus ante hæreſim. 89
Sedulius minor. 41
Seditiones in Scotia 101
Seimerus Angl protector. 108.
Selimus Turcarum Imp. 91
Seruanus. 14
Siluenus. 21
S. Siginius. 38
Sigisbertus. 54
Sixtus IV. Pont. 79
Sodorenſis Ep. 55
Solueus f. 8
S. Spiritus vis in Apoſt. 8
Stolbrandus. 48
Studia hominum varia. 2.
Surius. 41

T.

Tanco Ep. 46
Tertullianus. 11
Teruanus. 14
Thebaculus. 26
Tholuanus. 40
Thomas Lermountius. 69
Thomas Spenſaus. 78
Thomas Morus. 97. 98
S. Thames. 28
Thomas Dempſterus. 175
Tinaiſ. 11
Totaneus. 27
Turnubolus Ep. 78
Tueda f. 8
Turgottus. 56

V.

Vallum Hadriani. 11
Vallum Seueri. 12
Valterus Stuartus. 73
Valterus Baquanqual. 155
Vita Mariæ R.
Victor Pont. 10
S. Viro. 41
Vigianus. 52
Victoria Catholicorum contra hæreticos. P. 150
Vilhelmus R. 63. 64. 65
Vrbanus VIII 23. 161. 175
Vrbanus V. Pont. 58
Vſualdus R. 36
Vtilitas ſcriptionis de patria. 1
S. Vuinfredus. 30
Vuilloxius. 118. 233. 134.

FINIS.